QUID MINUCIUS FELIX IN CONSCRIBENDO DIALOGO OCTAVIO SIBI PROPOSUERIT

C. M. BUIZER

QUID MINUCIUS FELIX IN CONSCRIBENDO DIALOGO OCTAVIO SIBI PROPOSUERIT

UNIVERSITAS LIBERA REFORMATA AMSTELODAMENSIS

QUID MINUCIUS FELIX IN CONSCRIBENDO DIALOGO OCTAVIO SIBI PROPOSUERIT

DISPUTATIO LITTERARIA QUAM ANNUENTE SUMMO NUMINE EX AUCTORITATE RECTORIS C. VAN GELDEREN, PHIL. DOCT., IN FAC. LITT. PROF. ORD., NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITTERARUM HUMANIORUM DECRETO PRO GRADU DOCTORIS SUMMISQUE IN LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS PUBLICO AC SOLLEMNI EXAMINI SUBMITTET IN AEDIBUS QUIBUS NOMEN „DE WERKENDE STAND"

CORNELIS MARINUS BUIZER

E PAGO NOORDELOOS DIE VI M. IUL. A. MCMXV, HORA IV

AMSTELODAMI — APUD A. H. KRUYT — MCMXV

SPONSAE MEAE.

Disputatione inaugurali defendenda studiorum academicorum finem facturo mihi imprimis est celebrandus Deus Optimus Maximus, qui usque adhuc me sustentavit atque pro Sua benignitate fecit, ut ad summos honores petendos admissus continuo inciderem in quaestionem, e qua tractanda non modo fructum sed etiam voluptatem magnam percepi.

Tum dulce mihi officium est vobis, praeceptores mei, professores huius Universitatis, ex animi sententia gratias agere quam maximas. E quibus primum te affero, clarissime J. WOLTJER, promotor aestumatissime, qui inde a tempore, quo viam ad academiam ducentem ingressus sum, usque ad hunc diem studiorum meorum dux et auctor fuisti. Tu semper operam dedisti, ut ingenia discipulorum acueres, viam et rationem ostenderes, amore scientiae imbueres: spero fore, ut hic libellus, quem multis numeris imperfectum esse scio, tamen tua disciplina indignum non habeatur. Tua non minus quam mea ipsius causa doleo, quod munere praeceptoris iam occupatus plus temporis et industriae ei excolendo impendere non potui.

Nec non te grato animo semper prosequar, clarissime R. H. WOLTJER, qui summa diligentia me philologia Graeca instituisti; te, clarissime W. GEESINK, qui historiam philosophiae et elementa logicae et psychologiae clare et

distincte me docuisti; te, clarissime C. VAN GELDEREN, apud quem elementa linguae Hebraicae didici.

Quamquam tu, clarissime H. BAVINCK, in facultatis litterarum et philosophiae professorum numero non es, libenter confiteor scholas tuas, quibus quod interesse mihi licuit gaudeo, etiam ad hunc libellum conscribendum utilissimas fuisse.

Vos, amici, cives mei academici, et sodales Societatis Studiosorum Christianorum Belgicarum, quibuscum mihi semper iucunda consuetudo fuit, omnes valere iubeo.

CONTINENTUR.

PROOEMIUM.

Inde a tempore, quo vir clarissimus J. Woltjer mihi tum admodum tironi meisque condiscipulis Minucii Felicis Octavium atque Tertulliani Apologeticum interpretabatur, cum non solum nos docebat, qua via ac ratione scripta veterum explicari iudicari emendari oporteret, sed etiam animi quodam fervore efficiebat, ut admiratione nobilium Christianae fidei praeconum imbueremur, desiderium me tenebat genus atque naturam eorum operum penitus noscendi.

Itaque sermone, quem vir clarissimus H. Bavinck cum nonnullis sodalibus societatis, cui nomen Societas Studiosorum Christianorum Belgicarum, de via ac ratione fidei nostrae defendendae habuit [1]), factum est, ut Minucii opus eligerem argumentum disputationis, qua summos honores me adepturum spero. Nam intellexi me quaestionem tractaturum, quae ad nostra tempora vix minus pertineret, quam ad prima Christiani aevi saecula.

De ratione autem, qua Minucius Felix in libro, cui titulus Octavius, causam Christianae fidei patrocinatus est, inde

1) Quales sermones habebantur in lectionibus eius, quae dicuntur privatissimae, quibus me interfuisse grato animo recordor.

De via ac ratione fidei defendendae idem vir doctus copiose egit operis quod inscribitur Gereformeerde Dogmatiek tomi IV p. 535 sqq.

a Lactantio usque ad nostram aetatem viri docti varie iudicaverunt. Lactantius dixit: Huius (id est Minucii) liber declarat, quam idoneus veritatis assertor esse potuisset, si se totum ad id studium contulisset[1]). Cum post praeclaram commentationem, quam v. d. A. Ebert a. 1868 in lucem emisit,[2]) studia Minuciana effloruissent, multi viri docti de Minucii methodo iudicium tulerunt. Sunt enim nonnulla, quae in Christianae fidei praecone offendere videntur. Cum Iustinus, antiquissimus et nobilissimus apologeta, quem vocant, haec dicat: Ἡμέτερον οὖν ἔργον καὶ βίου καὶ μαθημάτων τὴν ἐπίσκεψιν πᾶσι παρέχειν[3]), cum consentaneum sit defensorem causae eius, quam defendit, condicionem exponere, Minucius multa quidem dicit de vita Christianorum, sed admodum pauca de doctrina Christiana. Nullo loco enim adhibet Christi nomen, de trinitate nihil, de logo, de inspiratione pauca, de cultu fere nihil praebet. V. d. Aemilius Baehrens eo processit, ut putaret in hac christianismi defensione frustra quaeri christianismum .... quodsi abesset Christianorum mentio, futurum fuisse, ut tractatum mere philosophicum te legere putares[4]).

Quamquam Baehrensium rem in maius extollere plerique viri docti consentiunt, nemo dubitat, quin in dialogo, qui

1) Divinarum institutionum V. 1. 21.

2) Tertullians Verhältniss zu Minucius Felix, nebst einem Anhang über Commodians Apologeticum von Adolf Ebert. Abhandlungen der philologisch-historischen Classe der Königl. Sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften Bd. V. No. 5. Leipzig. S. Hirzel 1868.

3) Apologia I, 3, 4.

4) M. Minucii Felicis Octavius. Emendavit et praefatus est Aem. Baehrens. Leipzig, Teubner 1886 p. XII.

inscribitur Octavius, perpauca disserantur de dogmatis, quae vocantur, Christianis.

Difficultatem, quae hac re continetur, quod Minucius multo minus de doctrina Christiana loquitur quam expectes in fidei Christianae defensore, alii alio modo explicare conati sunt [1]. Ego in universum iis consentio, qui putant Minucium sibi non id proposuisse, ut causam Christianorum defenderet, sed ut paganos converteret. Videntur vero illi rem non satis exacte tractavisse neque iusta via ac ratione processisse; id quod mirum non est, cum inter eos, qui de Minucii opere egerunt, non constaret, quo tempore Minucius scripsisset, utrum ille Tertullianum an hic illum antecessisset. Hanc ob causam plerique in quaestionibus nimis spinosis occupati aut omnino omiserunt totum opus cognoscere aut in argumentis sescenties repetitis acquieverunt [2].

Cum iam statuissem prorsus aliam viam esse ineundam, magno gaudio legi Prolegomena in Minucium Felicem, quae v. d. A. Elter a. 1909 in lucem edidit [3]. Quamquam enim multis in rebus ab eo discrepabam, tamen idem sensi, quod postea cognovi v. d. J. Geffckenium scripsisse de Elteri opere hoc iudicium ferens: Die Forschung über Minucius kommt in ein etwas freieres Fahrwasser. [4]

1) Varias opiniones enumerare, cum postea accuratius tractentur, hic locus non est.

2) Neque v. d. J. van Wageningen, P. Klap, G. J. J. Louwerens, inter quos nuper acre certamen exortum est, utrum Minucius Felix modernista, ut ita dicam, fuerit an orthodoxus, nova argumenta alicuius momenti protulerunt. Id tantum egisse videntur, ut Minucium quasi in suas partes traherent. Cfr. alterius partis caput II.

3) Anton Elter. Prolegomena zu Minucius Felix. Bonn 1909. Carl Georgi.

4) Deutsche Litteraturzeitung 1911. No. 38, Sp. 2401.

Sed non solum Elteri opus studia Minuciana ita promovit; duo alia opera non minus adiuverunt: unum Geffckenii quod inscribitur: Zwei griechische Apologeten [1]); alterum Heinzii de Tertulliani Apologetico scriptum. [2]) Quam arte inter se et cum Elteri opere cohaereant, quidque attribuerint ad studia Minuciana (et apologetarum omnino), fortasse clarissime apparebit e iudiciis, quae de suis operibus invicem fecerunt.

Heinze de Geffckenii opere iudicavit: Erleichtert ist dies (inquirere, quae ratio intercedat inter Tertullianum (atque Minucium) et Graecos apologetas) jetzt in hohem Masze durch Geffckens grundlegendes Buch Zwei griechische Apologeten (Lpz. 1907), in dem das Material in Fülle vorgelegt und der richtige Gesichtspunkt für die Behandlung der Gattung verfolgt ist. Geffcken hat denn auch die Forderung nach einem Kommentar zum Apol. aufgestellt (p. 285); dem will meine Abhandlung vorarbeiten. [3])

Geffcken de Heinzii et Elteri operibus haec dixit: Die Forschung über Minucius kommt in ein etwas freieres Fahrwasser. In diesem Jahre hat Heinze in einer ganz vorzüglichen, für den Kenner dieser Litteratur tief befriedigenden Untersuchung über Tertullians Apologeticum in der bekannten Prioritätsfrage das m. E. entscheidende Wort zugunsten Tertullians gesprochen [4]), und zwei Jahre früher hat Elter

---

1) Zwei griechische Apologeten von J. Geffcken. Leipzig und Berlin, Teubner 1907.

2) Richard Heinze. Tertullians Apologeticum. Berichte über die Verhandlungen der Königl. Sächsischen Gesellschaft der Wissenschaften zu Leipzig. Philologisch-historische Klasse Bd. 62. Heft 10. Leipzig, Teubner 1910.

3) O. l. p. 289 a. 1.

4) Idem Geffcken o. l. p. 278 aliter iudicaverat.

in einem Universitätsprogramm dem Blick der Fachgenossen neue Probleme gezeigt oder alte Rätsel in neuer Beleuchtung vorgeführt. Freilich die Aporie über das Verhältniss des Tertullian und Minucius scheidet er gänzlich aus.... Wir sehen aber dabei wieder, wie wichtig trotz Elters Ablehnung die Frage nach dem Verhältniss des Minucius und Tertullian ist, wie bedeutsam der m. E. durch Heinze erbrachte Beweis für die Priorität dieses Apologeten.... Denn (es ist keine „Apologie") — dies betont Elter mehrfach mit Schärfe, ja nicht ohne sehr verständliche und wohlverstandene Seitenhiebe — es ist kein Stück papierner Litteratur, [1]) sondern eine Urkunde.... Es ist deutscher Gelehrten Art scharfe Angriffe auf den eigenen Standpunkt in sorgfältig „vergifteten" Gegenschriften zu erwidern. Das sei uns hier ferne, denn eben diese kräftige Betonung des dem Historismus [2]) entgegengesetzten Denkens schafft neues Leben; und der Ausgleich der auf beiden Seiten eingesetzten Energie wird sich dann schon von selbst einstellen — freilich nach härtestem Kampfe. [3])

Praeterea maximi momenti ad Minucii opus explicandum est liber, quo Japonicus quidam narrat, quo modo Christianus factus sit. [4]). De conversione enim Caecilii, quam Minucius narrat, recte iudicare perdifficile erat, dum exempla, quibus conferretur, desiderabamus. Cfr. quae v. d. Harnack quod ad tria saecula post Christum natum

1) Haec est Geffckenii opinio.
2) Geffckenii ratio.
3) Deutsche Litteraturzeitung 1911. No, 38. Sp. 2401—2403.
4) Wie ich ein Christ wurde, Bekenntnisse eines Japaners. Von Kanso Utschimura, Rechtmäszige Verdeutschung. 4e Auflage. Stuttgart 1911. D. Gundert.

attinet scripsit[1]: Schmerzlich vermissen wir es, dasz wir Biographien aus den ersten drei Jahrhunderten, die uns die Bekehrung oder das innere Wachstum und Werden einer christlichen Persönlichkeit schildern, nicht besitzen; atque Warneck de Kanso Utschimura[2]: Dieses Zeugnis eines intelligenten Heidenchristen, einer der wenigen, die ihren Weg zum Christentum zu beobachten und darzustellen verstehen, ist typisch für den Weg vieler Heiden zu Gott.

Postquam haec quattuor opera removerunt nonnulla, quae obstabant et impediebant, novas vias monstraverunt, exempla ad comparandum praebuerunt, fortasse non sine fructu erit quaestionem iterum tractare, quam solvere, si mihi contigerit, praeclarus ille dialogus, cui titulus Octavius, cum per se rectius aestimabitur, tum suum locum obtinebit in historia litterarum Christianarum, in historia quoque ecclesiae Christianae.

Antequam autem exponam, qua via ad quaestionem solvendum adire in animo habeam, rationem me dare oportet, cur de Minucii tantum opere disserere instituerim. Vir doctus Geffcken enim in opere laudato ostendit tam Christianos, qui dicuntur, apologetas, quam paganos contra quos se defendebant, plerumque argumenta, quae ab alio sive aliis acceperant rettulisse, pauca ipsos invenisse.[3]

---

1) A. Harnack. Die Mission und Ausbreitung des Christentums in den ersten drei Jahrhunderten. Leipzig, J. C. Hinrich, 1902. p. 283.

2) J. Warneck. Lebenskräfte des Evangeliums⁴, Berlin, M. Warneck p. 229.

3) Cfr. Vorwort, p. V: wir haben es hier mit dem Walten der Tradition zu tun... Die Apologeten sind sehr häufig wenig persönliche Trager dieser Tradition gewesen.

Ei assentitur Heinze, qui in universum viam ac rationem, qua usus est Geffcken laudat [1]), eadem quoque via et ratione Christologiam, quae dicitur, Tertullianeam tractat. Postquam recensuit, quae priores apologetae de Christo docuerint, ait facile intellegi ex iis Tertullianum Christologiam introducere, quasi appendix ad doctrinam de Deo prolatam esset [2]), praeterea in hac serie rerum prorsus intellegi, cur Minucius (ut Tatianus quoque) fere omnino de Christo taceat [3]); non opus esse, ut accuratius examinetur, quo modo multi viri docti usque ad Elterum illud silentium explicare conati sint, cum alius alium novitate conatus superet [4]).

Quibus verbis auditis aliquis dicet mihi: Macte virtute, quod illi sterilium conatuum seriei novum quendam addere

---

p. 307, 308: Dies also sind die bedeutendsten heidnischen Polemiker. Meine kurze Analyse hatte u. a. den Zweck aufs neue nachzuweisen, wie auch hier eine auszerordentlich starke Tradition herrscht, wie sich Christen und Heiden darin nichts nachgeben.

1) O. l. p. 289, a 1.

2) O. l. p. 389: Man begreift es sonach aus der apologetischen Tradition heraus, dasz auch bei Tert. die Christologie nur sekundär und gleichsam als Anhang zur Gotteslehre eingeführt wird.

3) Hic autem cardo quaestionis, quam tractaturus sum, habetur.

4) O. l. p. 389 a 1: Man begreift es auch in diesem Zusammenhange durchaus, warum Minucius zwar, wie Tatian, die Beschuldiging kurz zurückweist, dasz die Christen einen Menschen verehrten (c. 29), auch des λόγος mit einem Wort gedenkt (c. 18. 7), im übrigen aber von Christus schweigt und alles Gewicht seiner Beweisführung auf die Lehre vom einigen Gott und von der Auferstehung legt (vgl. Harnack, Dogmengesch. I[4] 522, 4). Ich brauche auf die zahlreichen, an Seltsamkeit einander überbietenden Versuche, jenes Schweigen zu erklären (bis auf den neuesten von Elter, Prolegomena zu Minucius Felix, Bonn, 1909) nicht einzugehen.

moliaris. Atqui bono animo sum. Haec quaestio non ita facile solvitur, ut Heinze putat, ex iis certe, quae priores dixerunt vel potius non dixerunt, explicari non potest. Quinam sunt illi priores? Ex iis, quorum opera supersunt, ab hac parte TATIANUS, ATHENAGORAS, THEOPHILUS, quos fere nihil aut pauca de Christo dicere Heinze exponit, ab illa parte ARISTIDES, IUSTINUS, TERTULLIANUS, qui multa de Christo dicunt. Tres igitur contra tres, si digitis computes, sed Tertullianum multo maioris momenti esse quam ceteros omnes neque Heinze ipse negabit, quippe qui opere laudato velit ostendere Minucium permultis in rebus Tertulliano exemplo usum esse, ut primo obtutu unusquisque concedat consentaneum esse Minucium hac quoque in re Tertullianum sequi. Tantum ergo abest, ut Heinze nodum solverit, ut etiam artius implicaverit.

Itaque quae Heinze dixit, minime me movent, ut ab opere incepto desistam. Sed redeo ad ipsam viam atque rationem. Quamquam enim Heinze eam prave usurpavit, tamen maximi momenti est ad quaestionem, quam tractare incipio, solvendam.

Qui antea de hac quaestione scripserunt, Minucii opus solum per se excusserunt, priorum apologiarum rationem fere nullam habuerunt; Geffcken et Heinze Minucium quasi unum de plebe imitatorum tractant; ego spero in medio me tutissimum iturum.[1]). Dialogus Octavius enim, quamquam multis in rebus cum prioribus apologiis cognatus est, suam habet naturam, quae ex illis non omnino explicari

---

1) Cfr. supra p. 5 verba, quae sunt: Es ist deutscher Gelehrten Art... usque ad: freilich nach härtestem Kampfe.

possit. Ea certe inventionis felicitate non abundat, qua Tertullianus, Origenes, Lactantius, Eusebius, Augustinus, quos solos in hac re laudat Geffcken[1]), cum eius de Minucio iudicium fluctuat[2]).

Attamen inventionis felicitate non plane caret. Ceterum assentior Wendlandii cauto iudicio, qui dicit non facile esse pervenire ad integrum iudicium de Apologetis, qui dicuntur ferendum[3]). Quod ad Minucium attinet, spero fore, ut disputatione, quam instituo, attribuam ad eius merita suo pretio aestimanda.

Quae ut via ac ratione procedat, in priore parte conabor statuere, quem locum Minucius inter apologetas obtineat; quod ut statuatur, necesse erit inquirere, quibus fontibus apologeticis in conscribendo dialogo Octavio usus sit.

Tum in altera parte licebit primum quaestionem ipsam accuratius circumscribere. Deinde recensebo, quibus viis alii

---

1) O. l. p. 322.

2) O. l. p. 280: *Freilich* darf man bei ihm keinen besonderen Tiefsinn erwarten, die allermeisten seiner Argumente sind die der griechischen Apologetik. p. 281: *Freilich* ist, obwohl wir überall alte Freunde wiederfinden, nicht jederzeit die allerbreiteste Heerstrasze benutzt worden.

Postquam Heinzio assensus est Minucium Tertulliano exemplo usum esse, fortasse acerbius iudicabit, hac in re quoque Heinzium secutus. Cfr. eius operis laudati p. 488: dem unselbständigen und gedankenarmen... Kompilator Minucius.

3) P. Wendland, Die hellenistisch-römische Kultur in ihren Beziehungen zu Judentum und Christentum — Die urchristlichen Litteraturformen, 2 u. 3, Tübingen, Mohr. 1912 p. 403: Es ist nich leicht, zu einer unbefangenen Beurteilung der Apologeten zu gelangen.

conati sint eam solvere, et ostendam eos aut omnino nihil explicavisse, aut pravis argumentis nisos prave rem tractavisse, aut ad finem non perduxisse.

Denique exponam, quae mea sententia sit eamque argumentis confirmare conabor.

PARS PRIOR.

QUO TEMPORE SCRIPTUS SIT DIALOGUS, QUI INSCRIBITUR OCTAVIUS; QUIBUS FONTIBUS APOLOGETICIS MINUCIUS USUS SIT.

Multos iam viros doctos operam dedisse, ut explorarent, quo tempore scripsisset Minucius, probe sciunt omnes, qui historiae litterarum latinarum sunt periti. Nec mirum est. Res enim agitur cum difficillima, ut viros doctos quo sunt ardenti studio lacessat [1]), tum maxima, ut e gravi labore magnum fructum se percepturos sperent [2]).

Eo iam tempore, quo diu et acriter eventu dubio contenderent, multa attulerunt ad Minucii opus penitus cognoscendum.

1) Cfr. A. Harnack: Die altchristliche Litteratur bis Eusebius, II 2: Die Chronologie von Irenaeus bis Eusebius, 1904, p. 324: In der altchristlichen lateinischen Litteraturgeschichte *scheint* es kein *hoffnungsloseres* Problem zu geben als das der Zeitbestimmung des Octavius des Minucius Felix. Dieser elegante Dialog... *scheint* sich der näheren Bestimmung seines Zeitalters *dauernd* zu entziehen.

2) Cfr. E. Norden: De Minucii Felicis aetate et genere dicendi p. 3: gravissima enim res agitur, quis omnium primus Christianam religionem a superbis adversariorum calumniis malignisque suspicionibus latina lingua clare defensitarit ceterisque qui longo agmine sequuntur argumenta, dispositionem, ipsa verba suppeditarit.

Ut per longum certamen, utrum sermo aequabilitatis (ἀναλογίας) an inaequalitatis (ἀνομαλίας) lege dirigeretur, ars grammatica crevit, ita disceptantes de aetate Minucii Felicis viri docti plenius perspexerunt, ut alia praetermittam, quae exempla secutus sit, qui eum imitati sint, quo modo argumenta se excipiant, quali sermone usus sit.

Quae quamquam mihi magno usui esse grato animo confiteor, nisi putarem nuper decertatum esse, veritus essem, ne operam et oleum in quaestione, quam mihi proposui, tractanda perderem. In prooemio huius disputationis iam ostendi, quanti esset momenti scire, quem locum Minucius Felix in agmine apologetarum, qui dicuntur, teneret. Huc accedit, quod inscriptiones a quodam Caecilio Natali inter annos 210 et 212 Cirtae exaratae, si alioquin constat Minucii opus eodem fere tempore aut paulo posterius scriptum esse, magni momenti sunt ad quaestionem solvendam [1]).

Itaque non dubito de tempore et fontibus dialogi longius disserere, quam ad concinnitatem meae disputationis aptum videtur. Qui domum aedificaturus est, non metuit, ne reprehendatur, quod multum temporis consumat in fundamento solido iaciendo. Eo securius enim muros eriget, tectum imponet.

Supervacaneum est totam quaestionis historiam iterum

---

1) V. d. H. Dessau conatus est ex his inscriptionibus derivare, quando Minucius Felix vixerit (Bull. dell. Inst. arch., 1880, p. 33; Hermes 15 (1880), pp. 417—474; Hermes 40 (1905) 373—386); alii iique multi eum refellerunt; nemo adhuc quaesivit, quid eae inscriptiones ad dialogum interpretandum prosint, etiamsi Caecilius Natalis, qui eas faciendas curavit non idem sit atque Caecilius Natalis, quem Minucius Felix defensorem paganorum sectae induxit.

tractare [1]). Cum autem de multis rebus homines docti iam inter se consenserint, de multis adhuc certent, utile videtur recensere, quas vias ac rationes ingressi sint, quid certi deinceps reppererint. Cum Minucius Felix ipsis verbis nihil dicat de tempore, quo scripsit, viri docti excusserunt testimonia de Minucio eiusque opere ab aliis scriptoribus data; inquisiverunt locos ipsius operis, qui ad certum tempus vel temporis spatium accommodati essent; iudicaverunt, in qua aetate dialogus Octavius cum quod ad condicionem ecclesiae Christianae tum quod ad res Romanas attinet scriptus esse posset.

Vetera de Minucio eiusque opere testimonia dixerunt Lactantius [2]), Hieronymus [3]), Eucherius [4]). Lactantius Divinas Institutiones scripsit inter annos 304—311 [5]). Ergo scripsit Minucius ante annum 304. Praeterea apparet e tempore perfecto verbi quod est *fuit* [6]), et e tempore plusquamperfecto coniunctivi verborum, quae sunt *potuisset, contu-*

---

1) Praeter eos qui historiam litterarum Christianarum latinarum scripserunt, historiam quaestionis uberrime narravit v. d. J. P. Waltzing:
Musée Belge, VI, 1902 pp. 216—261;
M. Minucii Felicis Octavius; in usum lectionum suarum edidit J. P. Waltzing, pp. 23—27.
Musée Belge X, 1906, pp. 261—278.

2) Divinarum Institutionum, I, 11, 55; ibid., V, 1, 21.

3) De viris illustribus, 58; Epist., 70,5; Epist., 60, ad Heliodorum; Epist. 48; Commentariorum in Isaiam prophetam, VIII praef.; De viris illustribus 53.

4) Epist. paraenetica ad Valerianum.

5) Harnack, Chronologie II, p. 418: Also fällt der Abschlusz der Institutiones vor das Toleranzedikt des Galerius, d. h. vor April 311. p. 419: Musz man den ganzen Zeitraum von 304 bis April 311 für die Institutionen offen lassen, so ist es....

6) Divinarum Institutionum, V, 1, 21.

lisset, eum aliquo certe tempore ante annum 304 mortuum esse. V. d. P. Monceaux merito videtur conclusisse Minucium non minus quam quinquaginta fere annos ante Lactantium scripsisse [1]).

Ceterum nihil certi e testimoniis derivari potest, cum Lactantius Minucium ante Tertullianum nominet [2]), Hieronymus Tertullianum ante Minucium [3]). Hic in utramque partem disputari potest et saepe disputatum est. Hieronymus plus valet numero locorum. Magni momenti quoque est eum libri, qui inscribitur *de viris illustribus,* c. 53 Tertullianum primum post Victorem et Apollonium Latinorum posuisse. Cum autem Hieronymiani loci multa menda contineant neque satis explicatum sit, cur Lactantius Minucium ante Tertullianum nominet, lis sub iudice manebit dum aliunde subsidium feratur.

V. d. H. Dessau putavit se aliud testimonium invenisse. Cfr. p. 12, adn. 1. Quam non veri simile sit Caecilium Natalem, qui inscriptiones faciendas curavit, eundem fuisse atque Caecilius Natalis, dialogi persona, accurate ostendit Waltzing [4]). Postquam autem A. Elter [5]) demonstravit verba

---

1) P. Monceaux: Histoire littéraire de l'Afrique chrétienne, 1901, I. p. 468.

2) Div. Inst., V, 1, 21.

3) Epist., 70, 5; Epist., 60, ad Heliodorum; Epist. 48; Commentariorum in Isaiam prophetam VIII praef.

4) Musée Belge, X, 1906, pp. 271—276.

5) O. l. p. 14—16. Cfr. Geffcken, Deutsche Litteraturzeitung 1911. No. 38, Sp. 2403: Über manches jedoch gibt es glücklicherweise kein Streiten, keinen andern Standpunkt, und so möchte ich hier zum Schlusse noch erklären, dasz die vorzügliche Interpretation von *Cirtensis noster* (9, 6) ein erfreulicher Gewinn der an Anregung reichen Abhandlung bleibt.

q. s. *Cirtensis noster* non de municipe Cirtensi dici potuisse, non amplius quaestio est, utrum ambo Caecilii Natales unus idemque esse possint. Caecilius Natalis Cirtensis alius est atque Caecilius Natalis dialogi persona.

Neque magis ad indicandam Minucii aetatem usui sunt loci, quos ad certum tempus vel temporis spatium pertinere arbitrati sunt viri docti Keim[1]), de Félice[2]), Schulze[3]) Massebieau[4]), Schanz[5]), alii. Quemadmodum dubia sit eorum locorum interpretatio, inde apparet, quod de Félice ex iis concludit dialogum scriptum esse anno 155 exeunte aut 156 ineunte, Schulze inter annos 300 et 303.

V. d. Boenig[6]) omnes locos ante se tractatos diligenter recensuit et prudenter aestimavit. Ostendit plerosque nullius momenti esse ad certum tempus indicandum. Ex eo quod Fronto orator duobus locis commemoratus est, nihil aliud sequitur nisi dialogum scriptum esse, postquam Fronto orationem habuit contra Christianos aut in oratione eos

---

1) Th. Keim: Celsus' Wahres Wort. Mit Lucian und Minucius Felix verglichen. Zürich, 1873, pp. 151—168.

Th. Keim: Rom und das Christenthum, hgg. von H. Ziegler. Berlin, G. Reimer, 1881, pp. 468—486.

2) Paul de Félice: Etude sur l'Octavius de Minucius Felix. Blois, Marchand, 1880, pp. 15—40.

3) Victor Schulze: Die Abfassungszeit der Apologie Octavius des Minucius Felix. Jahrb. für protest. Theologie VII (1881), pp. 485—506.

4) L. Massebieau: L'apologétique de Tertullien et l'Octavius de Minucius Felix. Revue de l'histoire des religions, vol. 15 (1887), pp. 316—346.

5) M. Schanz: Die Abfassungszeit des Octavius des Minucius Felix. Rheinisches Museum 50 (1895), p. 114—137.

M. Schanz. Geschichte der römischen Litteratur III^2, p.p. 272—275.

6) H. Boenig: M. Minucius Felix, ein Beitrag zur Geschichte der altchristlichen Litteratur. Im Jahresbericht des städtischen Realgymnasiums zu Königsberg i. Pr. 1897, pp. 6—13.

perstrinxit. V. d. M. Schanz[1]) frustra conatus est probare dialogum Frontone vivo scriptum esse. E. Norden[2]) eum satis refutavit. Etiamsi Caecilii oratio e Frontonis oratione pendet, Octavii oratio responsum ad Frontonem est, nihil profecimus, cum Iosephus Apionem, Origenes Celsum fere quinquaginta annis, postquam scripserant, refutaverint.[3]) De secundo loco, quem Boenig alicuius momenti esse putat[4]), copiose egerunt Wilhelm[5]) et Synnerberg[6]), qui efficiunt eum, quia inter locos communes, qui dicuntur, numerandus sit, nullam vim habere. Iam restant Octavii c. XXVIII p. 2 haec verba: „nec intellegebamus .... nec tanto tempore aliquem existere, qui proderet non tantum facti veniam, verum etiam indicii gratiam consecuturum." Ut autem alia praetermittam, rogo, qui quid ex hoc loco derivari possit, cum Minucius saepe in maius res extollat. Cfr. c. XXV p. 10, ubi dicit *omnes* Vestales incestum patravisse, c. XXV p. 11, ubi ait *frequentius* in aedituorum cellulis, quam in ipsis lupanaribus flagrantem libidinem expungi.

Postquam Boenig scripsit, nullus locus inventus est, ex quo quid derivari posse videatur[7]).

---

1) Cfr. p. 15, adn. 5.

2) E. Norden: De Minucii Felicis aetate et genere dicendi. Wissenschaftliche Beilage zum Vorlesungsverzeichniss der Universität Greifswald, 1897, pp. 4—7.

3) Hoc Massebieau (cfr. p. 15, adn. 4) iam dixit.

4) Octavii XVIII, 5.

5) F. Wilhelm: De Minucii Felicis Octavio et Tertulliani Apologetico. Breslauer philologische Abhandlungen II, 1, 1887, pp. 81, 28.

6) C. Synnerberg: Randbemerkungen zu Minucius Felix II, 1903, pp. 17/18, Helsingfors.

7) Cfr. p. 64, adn. 3.

V. d. Harnack aliam viam iniit. Quaesivit, in qua aetate dialogus Octavius, cum quod ad condicionem ecclesiae Christianae, tum quod ad res Romanas attineat, scriptus esse posset [1]), aut ut exactius eius verba referam, an dialogus Octavius ante annum 197 post Chr. n., quo anno Tertullianum Apologeticum scripsisse omnes consentirent [2]), scriptus esse posset. Postquam multa nova argumenta attulit, ait per ea rem transactam esse: Minucium non ita parvo tempore post Tertullianum scripsisse [3]). Atqui v. d. G. Krüger ostendit illa argumenta plerumque iudicio Harnackii solo niti [4]). Ipse putat veri simillimum esse Minucium saeculo secundo scripsisse. Quamquam Harnack, ut Nordenii verbis utar, vir est „praeditus non solum ingenti litterarum peritia, sed etiam nativo quodam veri sensu rectique iudicio" [5]), ut eius iudicium non temere sit contemnendum, id non sufficit ad rem tam magnam diiudicandam, cum praesertim Krüger et ipse vir Christianarum litterarum peritia non destitutus suum iudicium opponat.

Neque igitur e testimoniis, neque e locis ipsius dialogi, neque ex universa *comparatione,* quae dici potest *historica* aliud certo modo derivari potest nisi Minucium scripsisse, postquam Fronto orationem habuit, ante aliquo tempore quam Lactantius Institutiones Divinas scripsit.

Itaque confugiendum est ad *comparationem,* ut ita dicam, *litterariam.* Harnack prorsus aliter iudicat. Dicit enim de

1) Chronol. II, pp. 326—330.
2) Chronol. II, pp. 257, 258.
3) Chronol. II, pp. 329, 330.
4) Göttingische gelehrte Anzeigen, 1905, No. 1, pp. 36—41.
5) O. l. p. 4.

comparatione singularum sententiarum, quam multi usque ad eius aetatem instituerunt: Es geht wie mit einem Stundenglas — ein kleiner Griff und alle Argumente rinnen ins andere Fäszchen [1]). Cui assentitur Waltzing his verbis: A. Harnack paraît donc avoir raison: on n'a pu tirer aucun argument décisif de la concordance de fond et de forme.... Notre impression est, que l'argument décisif n'a encore été trouvé d'aucun coté, mais nous *penchons* toujours pour la priorité de Minucius Felix [2]).

Quattuor annis autem, postquam Waltzing id iudicium fecit, in lucem apparuit opus, quod repente statum quaestionis mutavit, scil. disputatio supra laudata, quam v. d. R. Heinze habuit de Tertulliani Apologetico [3]). Maior pars virorum doctorum, qui de Heinzii opere iudicium tulerunt, arbitrati sunt eum argumentis nihil dubii relinquentibus demonstravisse Minucium Tertulliani Apologetico usum esse [4]). Quod cum recte se habere apparuerit, iam habe-

1) Chronol. II, p. 326.

2) Musée Belge X, 1906, pp. 266, 278.

3) Cfr. p. 4, adn. 2.

4) Sunt hi:

P. Ubaldi: Rivista di Filologia, XL, 1912, pp. 316—318.

A. Lutz: Zeitschrift für die oesterreichischen Gymnasien 63 (1912) pp. 228—230.

H. van Soden: Theologische Litteraturzeitung 1912, 5, pp. 139—141.

J. Geffcken: cfr. huius operis pp. 4, 5.

J. P. Waltzing: Bulletin bibliographique du Musée Belge XV, 1911, p. 192—197.

H. Hoppe: Berliner philologische Wochenschrift 1913, Sp. 42—45.

Praetera de Heinzii opere egerunt:

Weyman: Wochenschrift für klassische Philologie XXIX, 4, pp. 93, 94.

Litterarisches Centralblatt LXIII, 7, p. 232.

Rand: Classical Philology VII, 3, pp. 367—370.

bimus id, quod Archimedes olim petivit dicens: δός μοι ποῦ στῶ.

Hanc ob rem operae pretium est diligenter inquirere, utrum res ita se habeat annon.

Eam inquisitionem minime supervacaneam esse apparet ex iis, quae Heinze ipse dixit: Ich hoffe, dasz die Analyse .... das lästige Problem für den *der die Nachprüfung nicht scheut,* endgültig beseitigen wird. V. d. H. von Soden putat Heinzii opus, cum tres quaestiones permixte tractet minorem vim suadendi habere [1]). Huc accedit, quod Heinze non eos tantum locos tractat, ex quibus certo modo effici cogique possit, sed etiam, qui dubii videantur. Itaque Waltzing, cum primum statim locum, cui occurrit, castigavit [2]), incidit in locum, ex quo Heinze putat suam thesin vix comprobari posse [3]). Optimo iure Norden, quippe cui propositum esset persuadere, dixit: „Seligam autem argumenta, quae certissima aut sunt aut mihi videntur esse.

P. Wendland: Die urchristlichen Litteraturformen, 1912, p. 402, a. 1.
F. Ramorino: Minucio Felice e Tertulliano. Didaskaleion I, 2, p. 125.
Cfr. p. 64, adn. 3.

1) l.l. p. 140: die Überzeugungskraft der Thesen leidet unter der Zerstreuung ihrer Begründungen. *So wäre es wohl vorteilhaft und dankenswert gewesen, wenn etwa abschlieszend die Ergebnisse in zusammenhängender Rekapitulation der Ausführungen zu den berührten Problemen zusammengefaszt worden wären.* Ein knappes, aber das wesentliche Berücksichtigendes Register kann diesen Mangel doch nur notdürftig ersetzen.

2) Waltzing: Bulletin bibliographique du Musée Belge, XV, 1911, p. 193: nous .... prenons un exemple et, pour qu'on ne nous soupçonne de choisir le plus favorable à notre thèse, prenons le premier des passages que M. Heinze examine.

Cfr. p. 64, adn. 3.

3) O. l. p. 331: beweisen liesze sie (die Priorität Tertullians) sich aus diesem Kapitel schwerlich.

qua in re multos errare cognovi, qui dum argumenta certa aut probabilia cum incertis aut dubiis confundunt, suae ipsi causae nocuerunt, cum adversarii haec facile repellerent, illa aut silentio premerent aut horum mole obruerent" [1]).

Cum mihi autem propositum sit non tam persuadere quam solidum fundamentum totius disputationis meae iacere, omnes locos, quibus Minucius Tertullianum videtur secutus esse, recenseam ita, ut ratione eorum, quae ante Heinzium de singulis locis scripta sunt, habita, statuam, quibus locis Heinze thesin suam argumentis nihil dubii relinquentibus comprobaverit, qui loci in utramque partem usurpari possint, qui denique, si forte exstant, adversariis favere videantur. Quo facto unicuique licebit iudicium veracissimum facere.

Antequam ad singulos locos accedam, nonnulla mihi praemittenda sunt de via ac ratione, qua Heinze partim priores secutus, partim suo iudicio usus procedit in quaestione tractanda.

Princeps eorum, qui comparationem, quae dici potest, litterariam, instituerunt, fuit A. Ebert, non solum, quod primus disputavit, sed etiam, quod omnes iam vias iniit, quas postea multi alii triverunt. Contulit tota opera in universum et singulos locos partim longiores, ut series sententiarum componere liceret, partim breviores, ut de argumentis et verbis tantum sermo esse posset; contulit Minucii et Tertulliani locos tam inter se quam cum Ciceronis locis, quos alter per alterum recepisset, et cum Graecis apologetis, quos imitati esse viderentur [2]).

1) O. l. p. 8.

2) A. Ebert: Tertullians Verhältniss zu Minucius Felix nebst einem Anhang über Commodians Carmen Apologeticum. Abhandlungen

Qui post eum venerunt, nullam novam viam ostenderunt atque inierunt. Attamen magna contentio exorta est, utrum viae, quas Ebert ostendit, ad finem ducerent necne, et ad quem finem ducerent.

V. d. W. Hartel [1]) munitissimum Eberti castellum [2]) oppugnavit et cepit [3]). Ostendit enim Tertullianum Apol. c. XXV et XXVI argumenta aptissime disposuisse, Minucium Oct. c. XXV et XXVI non item. Opinatus est utrumque e communi fonte haurire.

Cum autem viri sagaces, quales sunt Ebert et Hartel, eadem via ac ratione disputantes tam dissentirent, v. d.

---

der philol. — histor. Classe der Königl. Sächsischen Geselschaft der Wissenschaft, Bd. V, No. 5, Leipzig, Hirzel, 1868.

p. 321: Niemand hat es bisher auch nur versucht.... durch eine sorgfältige Vergleichung jener Stellen (nicht wenige und *längere Stellen,* wo eine wörtliche Übereinstimmung....), mit welcher natürlich eine Vergleichung beider *Werke überhaupt* Hand in Hand zu gehen hatte, nachzuweisen....

p. 376: Auch manche Auffallende Entlehnungen von *Einzelheiten* ans dem Octavius finden sich bei Tertullian....

p. 365:... solche Stellen bei Tertullian, die mit Stellen bei Minucius und Cicero correspondieren....

p. 379:.... das Verhältniss Tertullians.... zu Justin....

1) W. v. Hartel: Litterarische Anzeige von Eberts Verhandlung im Zeitschrift für oesterr. Gymnasien, 20 (1869), pp. 348—368.

2) Ebert, o. l. p. 365 postquam contulit Octavii c. VI, VII, XXV, XXVI et Apologetici c. XXV, XXVI; Ich gestehe, inquit, ich halte jetzt schon eine weitere Beweisführung für unnöthig.

3) Cfr. F. X. Reck: Minucius Felix und Tertullian. Theolog. Quartalschrift, 68 (1886), p. 105: In der Beurtheilung der Stellen stehen sich Ebert und Hartel diametral gegenüber, und wir glauben, dasz *der letztere recht hat*....

Reck autem unus est ex iis, qui putent Minucium scripsisse ante Tertullianum.

P. Schwenke [1]) opera Minucii et Tertulliani non inter se tantum comparanda esse putavit, sed etiam cum locis aliorum scriptorum, e quibus hausisse videantur. Ebert iam tres locos Ciceronianos attulit, sed ex his nihil effici posse ostendit P. Schwenke. Qui multis locis, quibus Tertullianus per Minucium alios scriptores usurpavisse videtur, collatis putavit non dubitandum esse, quin Tertullianus e Minucio penderet [2]).

Attamen v. d. F. Wilhelm [3]) et R. Agahd [4]) eandem viam ingressi ad aliam conclusionem pervenerunt. Wilhelm copiose et diligenter cum Minucio et Tertulliano comparat non solum Ciceronem, sed etiam Senecam, Varronem, Graecos apologetas; Agahd affert locos tantum Varronianos; sed Lactantium quoque cum iis confert. Uterque putat neque Tertullianum e Minucio, sed utrumque (cum Lactantio) e communi fonte haurire, et eum fontem fuisse scriptorem latinum ecclesiasticum.

Itaque in ipsum Schwenkium et Wilhelmum Agahdiumque

1) P. Schwenke: Über die Zeit des Minucius Felix, Jahrbücher für protest. Theologie, IX, 1883, pp. 263—294.

2) Valde laudatur a Schanzio (Gesch. der röm. Litteratur, III². p. 275) et Waltzingio (in editione in usum lectionum suarum, 1903, p. 32), quod recta via ac ratione rem tractaverit. Sed Ebert iam viam monstraverat. Quam temere iudicaverit, apparet e verbis, quae scripta leguntur o. l., p. 28, adn. 2: Tertullian gibt das (paria componere, Oct. XXIII, 3) mit gladiatorum paria, bez. gladiatoria quodammodo paria, wieder, eine Verwässerung des praegnanten Ausdrucks, die *allein schon* die Priorität des Minucius *sichern* muszte. Cf. p. 39, adn. 2; p. 43, adn. 4.

3) F. Wilhelm: De M. Felicis Octavio et Tertulliani Apologetico. Breslauer philologische Abhandlungen, II, 1888.

4) R. Agahd: M. Terenti Varronis antiquitatum rerum libri I, XIV, XV, XVI. Praemissae sunt quaestiones Varronianae. Jahrbücher für class. Philologie, Suppl. Bd, 24, 1898, pp. 40—71.

quadrat, quod de Eberto et Hartelio Schwenke dixit. Heinze etiam ait fieri non posse, quin Schwenkii via ac ratione adducamur ad coniciendum communem fontem [1]). Qua in re mihi videtur recte iudicavisse. Cfr. e. g. quae Schwenke [2]) et quae Wilhelm [3]) dixit de Apol. IX, 2—5 et Oct. XXX, 3, 4.

Schwenke, postquam enumeravit exempla homicidii, quae apud Ciceronem, Minucium, Tertullianum inveniuntur [apud Ciceronem exempla Taurorum, Busiridis, Gallorum, Poenorum; apud Minucium Saturni, (Poenorum), Taurorum, Busiridis, Gallorum, Romanorum, Jovis Latiaris; apud Tertullianum Saturni, (Poenorum), Gallorum, Taurorum, Jovis], ita ratiocinatur: „Cum Minucius exhibet quattuor exempla, quae apud Ciceronem inveniantur, Tertulliani locus similis sit Minucii loco, qui propius accedat ad Ciceronis locum, sequitur, ut Tertullianus e Minucio et per eum e Cicerone pendeat.

Wilhelm vero: „Apud Tertullianum", inquit, „desideratur exemplum Busiridis, alia exempla, quae exhibet, apud alios quoque inveniuntur, ergo Schwenkii sententia falsa est; Tertullianus loquitur de maiore aetate, quae apud Gallos prosecaretur, Minucius non item; ergo Tertullianus non e Minucio pendet; Minucius dicit: Saturnus filios suos *voravit* (Varro apud Augustini De civitate Dei VII, 19: devorare), Tertullianus: Cum propriis filiis *non pepercit;* ergo Minucium illud exemplum ex Apologetico sumpsisse probabile non est; quae de Iove Latiari apud ambos inveniuntur excepto Porphyrio nulli scriptores tradiderunt, nisi ecclesi-

1) O. l. p. 290, a. 2.
2) O. l. p. 269, 270.
3) O. l. p. 13.

astici; ergo veri simile est ambos e scriptore quodam ecclesiastico pendere".

Iam apparuit Schwenkium et Wilhelmum nihil aliud agere nisi computationem exemplorum. Illud tantum inter eos interest, quod, ut ita dicam, Wilhelm videtur arithmeticae peritior.

Errant autem, cum non videant, quid pro fundamento ponant, quo ducat ratiocinatio. Norden merito dixit: „Sic enim ille (scil. Wilhelm) statuit: Minucius et Tertullianus cum etiam eis locis, ubi in rebus gravissimis fere ad verbum consentiunt, ita inter se differant, ut alteruter plura habeat aut argumenta aut exempla, ex communi utrumque pendere auctore certum est. sane sic saepe et historici dum rerum gestarum auctores tractant, et qui infimae notae scriptores assutis pannis male ornatos ad vivum iure suo resecant; at neque Minucius et Tertullianus res gestas conscribunt sed fidei Christianae patrocinantur, neque illi quilibet sunt de multis sed doctissimi neque qui obscura opera alter alterum misere compilent. [1])

Cui assentitur Heinze, simul Schwenkium et alios, qui priorem esse putent eum scriptorem, qui plura exempla afferat, carpens [2]).

---

1) O. l. p. 4, a. 6.

2) O. l. p. 290, a. 2: Ganz abgesehen von der litterarhistorischen Unwahrscheinlichkeit der Annahme in unserm Falle (cfr. Waltzing, Musée Belge, X, 1906, p. 261: La source commune est demeurée introuvable.): die Methode der Untersuchung ist, wie Norden schon richtig betont hat, von der historischen Quellenforschung auf ein Gebiet übertragen, wo die Quellen so zahlreich und mannichfach flossen, dasz die Herkunft der Einzelnotiz sich zumeist jeder Controlle entzieht.

Quo ducat ratio Wilhelmi aliorum festive ostendit idem Norden, qui „via ac ratione" demonstrat Minucium et auctorem libelli, qui inscribitur: „Quod idola dii non sint," e communi auctore pendere [1]; atque inscius ostendit Agahd, qui cum Lactantium quoque contulerit et demonstraverit auctorem communem eodem rursus fonte fluxisse atque Graeci apologetae, suo exemplo confirmavit iudicium Reckii [2]. „Die Hypothese (Wilhelms) .... schlieszt kaum den *regressus in infinitum* aus" Si post Lactantium alios atque alios conferimus, denique pervenimus ad auctorem communissimum, ut ita dicam, omnium apologetarum, qui auctor certe exstat: Geffcken eum nominavit: „traditionalismum." [3].

---

1) O. l., p. 4. a. 6: qua in re quam caute progrediendum sit, exemplo de proximo petito confirmabo. Cypriani libellum *de idolis* in Minucii Octavio recensendo fere codicis instar esse omnes consentiunt: adeo Cyprianus Minucii verba in usum suum convertit. Cyprianus igitur c. 2, ubi ad verbum exscribit Octavii dialogi capita 21—23, tamen p. 20, 5 H., ubi de Saturno agit, haec de suo addit: *et rusticitatis hic cultor fuit, inde ferens falcem pingitur,* cum Minucius haec sola habeat (21, 5): *rudes illos homines et agrestes docuit litteras imprimere, instrumenta conficere* neque haec de Iano apud Minucium (l. c.), quae habet Cyprianus (l. c.); *de cuius nomine mensis Ianuarius institutus est. ipse bifrons exprimitur, quod in medio constitutus annum incipientem pariter et recedentem sectari videatur.* porro c. 4. i. f., ubi ipsa Minucii verba (c. 25, 9) habet, addit quae apud Minucium desiderantur haec: *plane sunt apud Romanos et victi penates, quos Aeneas profugus advexit. est et Venus calva, multo hic turpius calva quam apud Homerum vulnerata.* atque ita saepius. sed Minucium et Cyprianum ex communi pendere auctore qui contenderit, adhuc inventus est nemo.

2) Cfr. p. 21, adn. 3.

3) F. Kotek (Anklänge an Ciceros „de natura deorum" bei Minucius Felix und Tertullian. Jahresbericht des Ober-Gymnasium zu den Schotten in Wien, 1901) conatus est thesin Wilhelmi confirmare, sed

Ex iis, quae antecedunt satis apparuit e comparatione et aestimatione singularum sententiarum, ex enumeratione argumentorum nihil effici posse. Alii complures locos afferunt, quibus Minucius auctorum argumenti nominat, ubi copiosior et clarior est, alii complures locos, ubi de Tertulliano idem demonstrari potest [1]: omnes, cum inter se dissentiant, viam muniunt ei, qui putat ad auctorem communem confugiendum esse; hic autem suam sententiam amplificando ipse pessum dat [2].

---

quam non via ac ratione procedat ex hoc uno apparet, quod putat Tertullianum e Cicerone pendere, quia Ap. 46 Speusippum de Platonis schola esse dicit, Cicero, de natura deorum, I, 13, 32 Speusippum Platonem avunculum subsecutum esse. Praeterea saepe Tertulliano errorem imputat, ut evincat locum, quem Tertullianus e Varrone se sumpsisse disertis verbis dicit, tamen e Cicerone sumptum esse.

1) Heinze, o. l. p. 290, a. 2: Principiell bemerke ich noch: es ist von Vertretern beider Annahmen vor allem darin gefehlt worden, dasz sie ein Mehr an Einzelheiten ohne weiteres für einen Beweis der Priorität ausgaben; das gilt nicht einmal für Fälle, wo der eine die Quelle einer Nachricht nennt, der andere verschweigt: für die gleiche Sache nennt Tert. IX 16 den Ctesias, Minucius 31, 3 nicht, aber andererseits nennt Min. 9, 6; 31, 2 Fronto als Gewährsmann für eine Sache die Tert. ohne Namensnennung VII 1 erwähnt, und beruft sich 26, 15 auf Hostanes, während Tert. XXIII 1 nur die *magi* allgemein heranzieht.... Aber auch das ‘Besser’ oder ‘Schlechter’ ist nicht mit ‘Original’ und ‘Kopie’ zu identifizieren: es kann sehr wohl der Entlehnende eine Unebenheit seines Autors glätten, einen Fehler verbessern, eine Pointe schärfen.

2) Eodem anno, quo Wilhelm suam disputationem scripsit, v. d. L. Massebieau Francogallus in commentatione elegantia excellenti (L. Massebieau: L’apologétique de Tert. et l’Octavius de Min. Felix. Revue de l’histoire des religions, vol. XV, 1887, pp. 316—346) scriptoribus suae gentis, qui imitati sunt alios et leges imitationis posuerunt, collatis ostendit Ebertum comparationem universorum operum non recte instituisse: non solum fieri potuisse, ut Minucius Tertulliani

Ergo Heinze bene facit, quod redit ad viam, quam Ebert et Hartel inierunt [1]): non singulas sententias conferre, sed series argumentorum; inquirere, quo modo inter se conexae et aptae sint; statuere, ut Nordenii verbis rursus utar, „uter e duobus scriptoribus recto talo procedat, utri male calceus haereat" [2]). Heinze est quasi constans et tenax Hartel. Hic enim sensit suam disputationem iis favere, qui putant Minucium e Tertulliano pendere, sed haesitat, dubitat. Postquam de Apol. XXV, p. 8, 9, dixit: Das ist nicht das Verfahren

---

Apologeticum usurpasset aeque ac Ciceronem (id quod Ebert negavit), sed veri simillimum esse. Quoniam mihi opus est rebus non dubiis de opere Massebieavii non amplius agam. Ideo tantum eius mentionem feci, ut appareret „veri similia," quae dici possunt, aut non impedire, quominus putemus Minucium e Tertulliano pendere, aut huic opinioni favere.

1) Cum egerunt de Octavii c. VI, VII, XXV, XVI, 1—6 et Apologetici c. XXV, XXVI: Ebert, o. l., pp. 353—365; Hartel o. l.. pp. 350—358.

2) Heinze, o. l., p. 290: Der bisherige Miszerfolg der Bemühungen, den ich Harnack nicht bestreite, stammt aber lediglich daher, dasz man sich darauf beschränkt hat, einzelne Wendungen oder Sätze, ohne des Zusammenhangs zu achten, nebeneinander zu halten. Da geht es denn freilich 'wie mit einem Stundenglas — ein kleiner Griff, und alle Argumente rinnen ins andere Fäszchen'. Ich hoffe, dasz die zusammenhängende Analyse des Apolog. mit danebengehender analytischer Vergleichung des Octavius, die sich freilich mit wenigen Worten leider nicht geben läszt, sichere Resultaten erzielen und das lästige Problem für den, der die Nachprüfung nicht scheut, endgültig beseitigen wird.

p. 290, a. 2: das Hauptkriterium wird in unserm Falle dies sein: wo Einheitlichkeit der Auffassung, Konsequenz der Durchführung, Zusammenhang der Gedankenentwicklung sich findet, wird man das Original, dagegen wo Schwanken, Unklarheit, und Widerspruch, unvermitteltes Einsetzen, Abbrechen und Überspringen, Kontamination verschiedener Gesichtspunkte sich zeigt, wird man die Kopie zu erkennen haben.

eines Copisten, das ist das lautere Gold des Originals, addit: Daraus folgt noch nicht, *ich wenigstens folgere es nicht,* dasz der Octavius das Apologeticum copiere; ich *kann nicht glauben,* das Minucius den Zusammenhang seiner Vorlage so zerzupft, die Gedankenkette so zerrissen hatte [1]). Hartel autem sibi id tantum proposuit, ut Eberti sententiam refelleret; Heinze non solum locos inquirit, ex quibus effici possit uter prior scripserit, sed copiose et subtiliter de toto Apologetico agit. Itaque Hartelii dubitatio evanuit!

Cum satis expositum sit, quem locum Heinzii opus in historia quaestionis obtineat, iam de singulis argumentis quaeramus.

1. Apolog., I, 10—13 — Octavius, XXVIII, 2 [2]).
2. Ap. VII, 9—12 — Oct. XXVIII, 6 [3]).

His locis Tertullianus copiose exponit naturam mali et famae; Minucius brevissime loquitur de malo et de fama. Neque autem Heinze, neque alii ex eis certi quid derivare ausi sunt [4]).

3. Ap. IX — Oct. IX; XXX, 1—5 [5]).

---

1) O. l. p. 352.

2) De his locis egit Heinze, o. l., p. 298.

3) Ebert, o. l., p. 377; Hartel, o. l., p. 365, Reck, o. l., p. 77, 78; Heinze, o. l., p. 320, a. 1.

4) Heinze, o. l. p. 298:.... erklärt sich m. E. *am besten* aus Tertullian.

p. 320: *doch wohl* durch Tert. angeregt.

5) Ebert, p. 376, 377; Schulze, p. 494, 495; Schwenke, o. l. p. 269; Reck, o. l. p. 82—87; Massebieau, o. l., p. 335—337; Wilhelm, o. l. p. 12—17; Boenig, o. l., p. 27, 28; Agahd, o, l., p. 59—64; Ramorino: L'Apologetico di Tertulliano e l'Ottavio di Minucio, Atti del Congresso Internazionale

Crimina occulta, quae dicit Tertullianus, in paganos retorquentur. De hoc loco Heinze: einzelne kleine Anstösze, inquit, erklären sich leicht dem, der an die Priorität Tertullians glaubt; *beweisen* liesze sie sich aus diesem Abschnitt (Oct. XXX, 1—5) *schwerlich*. Und ganz ähnlich ist das Verhältniss zu Tertullian im folgenden K. 31 soweit es sich auf den Incest bezieht, nur dasz sich hier Min. durch seine Übertreibung der Gegenanklagen ganz besonders auszeichnet [1]).

Waltzing, qui putat multas ex illis parvis offensionibus non exstare, iudicium in alteram partem facere non audet: ait in Heinzium convenire illud dictum Harnackii de clepsydra prolatum [2]), id quod Heinze fortasse non negabit, quod ad hunc locum attinet.

Schwenke vero et Boenig putant se certa indicia repperisse, quibus probari possit Minucium esse priorem. Schwenke arbitratur fieri non potuisse, ut Minucius exempla homicidii, quae apud Tertullianum ad tempora ipsius scriptoris pertinere videntur, in praeterito reponeret. Atqui tempora eadem sunt, si cum Rauschenio [3]) recepimus e

di Scienze Storiche, XI, 1904, p. 152, 176; Kroll: Rheinisches Museum, Neue Folge, 60 [1905] p. 309; Waltzing, Musée Belge X, 1906, p. 264—266; Waltzing, Bulletin bibliographique du Musée Belge, XV, 1911, p. 194, 195; Heinze, o. l. p. 330—332.

1) O. l., p. 331.

2) Bull. bibl. du Musée Belge, XV, 1911, p. 196.

3) Florilegium Patristicum digessit vertit adnotavit Gerardus Rauschen, Fasciculus VI, Tertulliani Apologetici recensio nova, [2] 1912.

Cfr. Heinze, o. l., p. 284, a. 2: Ich zitiere das Apol. nach der sehr dankenswerten Sonderausgabe von G. Rauschen [Florileg. Patrist. fasc. VI, Bonn, 1906].

H. Hoppe, Berliner philol. Wochenschrrift, 1914, p. 461: ein....

codice Fuldensi lectionem quae est *prosecabatur.* (Ceteri codices exhibent *prosecatur,* quod Oehler recepit [1]).) Cum autem Rauschen putet codice Fuldensi magna cum cautione utendum esse [2]), nihil impedit, quominus cum eo faciamus. Boenig putat fieri non potuisse, ut Minucius pro insignibus Tertulliani verbis, quae sunt *Iuppiter quidam,* scriberet verba languidiora, quae sunt *Latiaris Iuppiter.*

Aliis autem locis Minucius saepe eruditionem ostentat potius, quam verba mordacia usurpat [3]).

Ergo hic quoque locus nihil nos iuvat ad litem dirimendam.

4. Ap. X, Ad nationes II, 12—Oct. XXI, 1—9 [4]). Dei pagani homines fuisse arguuntur. In his locis conferendis Eberto et Hartelio exceptis omnes, qui ante Heinzium scripserunt, ducuntur eo quod Harnack vocat: das (auch in der Kritik herrschende) Princip des kleinsten Kraftmaszes [5]).

---

sehr nützliches Hilfsmittel, das alle früheren .... Ausgaben .... nach der Seite der Textgestaltung, wie der Erklärung übertrifft und zum Teil überflüssig macht.

1) Q. Septimii Florentis Tertulliani quae supersunt omnia edidit Franciscus Oehler, Lipsiae, 1853.

2) Cfr. eius editionis prolegomena, p. 7, 8; H. Hoppe, l.l. [cf. p. 29, adn. 3], p. 462: Mit Recht drückt sich R. auch nach erneuter Prüfung der Frage S. 7 vorsichtiger ... aus;

Waltzing: Les trois principaux manuscrits de l'apologétique de Tert., Musée Belge, XVI, 1911, p. 181—240.

3) Cfr. Heinze, o.l. p. 363.

4) Hos locos tractaverunt [praesertim Ap. X, 7 et Oct. XXI, 4]:

Ebert, p. 369—372; Hartel, p. 360—362; Schulze, p. 493; Schwenke, p. 276, adn. 1; Reck, p. 89—92; Wilhelm, p. 40—51; Massebieau, p. 339; Norden, p. 9, 10; Boenig, p. 26; Agahd, p. 50—54; Ramorino, p. 177, 178, Kroll, p. 307, 308; Heinze, p. 341, a. 1, p. 344, a. 1.

5) Chronologie III, p. 324.

Alternantes conati sunt ostendere aut Tertullianum per errorem *Cassium Severum* scripsisse pro *Cassio in historia,* quae verba apud Minucium legisset, aut Minucium errorem Tertulliani emendasse. Merito Boenig scripsit: Besonders charakteristisch tritt der *Subjectivismus* der verschiedenen Beurteilung in der Interpretation der in Frage kommenden Punkte .... zu Tage [1]). Cum vero putat Ebertum et Hartelium quoque per subiectivismum, quem dicit, in diversas partes trahi, valde errat. Ebert recte animadvertit mendum a Tertulliano in Apologetico factum. Ex. Ap. X, 9 et 10 sequi videtur, ut Tertullianus in animo habuerit ostendere Saturnum non esse Caeli et Terrae filium, cum toto capite X de diis, qui homines fuerunt, agatur. Ille locus de Saturni origine iis, qui legunt, inopinato occurrit. Minucius eum praemunivit scribens: *et pater* hominis *et natus* ex homine. Hartel libros ad nationes scriptos quoque contulit atque ostendit Tertullianum in probatione multo clarius et distinctius procedere: eum litteras et rerum argumenta, quae Minucius confudit [2]) seiunxisse: Minucium uno modo explicavisse, cur Saturnus Caeli et Terrae filius dici potuisset, Tertullianum duobus modis iisque probe distinctis. Hartelii verba Reckium adduxerunt, ut concluderet ex his locis collatis probari non posse id, quod probare vult: Minucium esse priorem.

Heinze denique libros ad nationes scriptos accuratius

1) O. l., p. 26.

2) Oct. XXI, 4: Scit hoc Nepos et Cassius in historia, et Thallus et Diodorus hoc loquunter.

5. Is *itaque* ....

6. *Itaque* .... urbem Saturniam .... et Ianiculum.

contulit atque vidit illud mendum a Tertulliano in Apologetico factum originem ducere e libri ad nat. II c. 12. Nempe ibi in initio iam copiose ostendit ea, quae de Saturno Caelo et Terra orto poëtae narrant, ineptias esse [1]). Postquam demonstravit Saturnum fuisse hominem, redit ad fabulas de eius origine fictas atque e vita Saturni hominis eas duobus modis explicari posse disserit [2]). Quodsi Apologeticum scriptum est post libros ad nationes scriptos, quae hodie communis opinio virorum doctorum est [3]), mendum a Tertulliano in Apologetico factum iam explicatum est: in Apologetico scribendo brevitatis causa secundam partem, qua de Saturno homine egit et fabulas explicavit, retinuit, priorem, qua fabulas commemoravit et refellit, omisit.

Quae cum ità sint, apparet Tertulliani argumentationem uno tantum vitio laborare, quod ex imitatione alterius operis eiusdem scriptoris ortum est.

Quod ad Minucium attinet rem prorsus aliter se habere primus vidit Heinze. Minucius quam plurimos testes excitare

---

1] Ed. Reifferscheid-Wissowa, p, 117, l. 2—10, 12, 13, c.f. 16—19; p. 118, l. 2, 3.

2] O. l. p. 119, l. 19 — p. 120, l. 7.

3] Harnack anno 1904 scripsit [Chronol. II, p. 257, 258]: Das Apologeticum ist.... im J. 197 verfaszt worden, und in demselben Jahre, *aber etwas früher,* erschienen die Bücher Ad nationes. Diese Daten sind *jetzt allgemein* anerkannt.

Heinze argumenta, quae alii attulerant, confirmavit atque nova invenit. Non possum hanc quoque quaestionem tractare; satis sit quod H. Hoppe, homo Tertulliani operum peritissimus, dixit [Berliner philol. Wochenschrift, 1913, Sp. 49]: Heinze verstärkt die Beweise für die frühere Abfassung der Schrift ad nat., und an dieselbe *kann m. E. jetzt nicht mehr gezweifelt werden.*

studens primo loco testimonia philosophorum (et Alexandri Magni) affert [1]); deinde, ut Tertullianus, demonstrat Saturnum hominem fuisse atque *cum principe generis totam generis seriem*. Itaque eum effugit testimonium e litteris Alexandri Magni sumptum minime quadrare cum altera argumentationis parte. A sacerdote dicit Alexandro proditum esse Vulcanum esse omnium principem, *postea venisse Iovis gentem*.

Tum repente Saturnus princeps inducitur eiusque principatu nititur tota altera pars argumentationis. Praeterea Minucius nimius est in probando. Ostendit non solum Saturnum, sed eius filium Iovem quoque hominem fuisse, id quod sine dubio supervacaneum est, postquam dixit Saturnum esse hominem ideoque patrem hominis. Tertullianus cum de Iove loqui incipit, incipit a vocabulo quod est *etiam* [2]). Minime Saturnum et Iovem eodem loco habet, ut Minucius fecit. Cfr. verba eius: cum *in primis parentibus* probata mortalitas, sqq [3]). Iam apparuit Minucium e diversis fontibus sua collegisse neque sine offensione coniunxisse. Itaque suprema comparationis lege accepta [4]) iam non dubitari potest, quin Minucius e Tertulliano pendeat [5]).

1) Ea hic illic falsa esse ostendit Heinze o. l., p. 341, a. 1 [p. 342].

2) Ap. X, 11. Attamen promissa cadunt: nihil amplius de Iove et eius gente dicit.

3) Oct. XXI, 9.

4) Cfr. p. 27, adn. 2.

5) De iis, quae Wilhelm o. l., p. 47 dixit de Origine gentis Romanae, cfr. Heinze, o. l. p. 344, a. 1: Diese Erklärung ist nicht Tert.s Erfindung: sie findet sich auch, worauf Wilhelm a. a. O. [ob. S. 290, 2] hingewiesen hat, zu Anfang der Origo gentis Romanae: tanta.... usque id tempus antiquorum hominum traditur fuisse simplicitas, ut venientes ad se advenas, qui modo consilio et sapientia praediti....

Huc accedit, quod Heinze scite probavit iis, qui consentiunt libros ad nationes scriptos esse ante Apologeticum, nihil dubii relinqui, cum fieri non potuerit, ut Tertullianus Minucio usus in conscribendis ad nationes libris multo copiosior sit, deinde libris ad nationes scriptis usus in Apologetico scribendo ea tantum argumenta afferat, quae fere similia in Octavio inveniuntur, neque ex Octavio plus quam antea recipiat. Quod primo obtutu ex Octavio receptum esse videtur, apud Tertullianum suam vim habet, apud Minucium non item [1]).

---

quod eorum parentes atque originem ignorabant, caelo et terra editos non solum ipsi crederent, verum etiam posteris affirmarent. Es ist wohl möglich, dasz, wie Wilhelmv ermutet, die Übereinstimmung sich durch die in letzter Linie gemeinsame Quelle Varro erklärt. Aber wenn Wilhelm dann weiter daraus, dasz Minucius sich in ein paar ganz geläufigen Worten und Wendungen *(rudes* von den unzivilisierten Italikern, *susceptus hospitio, multa docuit,* u. dgl.) mit der Origo näher berührt als mit Tert., auf eine gemeinsame Quelle des Min. und Tert. schlieszt, so wird auf Zufälligkeiten ungebührliches Gewicht gelegt. Von Sachlichem, das bei Tert. fehlt, hat Min. mit der Origo nur die Notiz *Creta profugus* [Saturn; *regno profugus* Origo] gemein; bei Vergil, dessen Verse er in der Erinnerung hatte [s. unten S. 361], fand er *arma Iovis fugiens et regnis exsul ademptis* [Aen. VIII, 320], und dasz dies *regnum* Creta war wuszte er natürlich, weisz auch nachher, dasz *eius filius Iuppiter Cretae excluso parente regnavit.* — Im übrigen gehe ich auf Wilhelms Argumentationen für die „gemeinsame Quelle" nicht ein; s. aber S. 290, 2.

1) Heinze, p. 341, a. 1. [p. 343]: .... wie denn überhaupt Min. nichts von dem hat, was in Nat. steht, im Apol. fehlt. Für den, der die Priorität von Nat. vor dem Apol. zugibt, ist damit auch die Priorität des Apol. vor Min. entschieden: denn wer kann folgenden Hergang für glaublich halten:

1. Tert. benutzt den Min. für Nat., erweitert aber die Argumentation erheblich. 2. Tert. benutzt Nat. für den Apol. [die Worte sind meist dieselben] und reduziert die Argumentation dabei wieder fast

Iam ad alios locos transeamus.

5. Ap. XII, 1—5, 7 — Oct. XXII, 1—7 (ed. Waltzing, Teubner, 1912. [2]); (XXIII, 9—13, XXIV, 1, 2 apud Halmium) [1]). Tertullianus ostendit simulacra, cum efficiantur, aeque ac Christianos suppliciis affici. Minucius, quamquam cum Tertulliano deos nativitatis iniuria affici disserit, nullam mentionem suppliciorum Christianorum facit. Hic in utramque partem disputatum est.

Reck credit fieri non potuisse, quin Minucius, si Apologeticum in conscribendo suo dialogo usurpavisset, supplicia recentia Christianorum componeret cum deorum tormentis. Heinze vero putat Minucium in Tertulliano offendisse, quod ita impetu ferretur, ut legum artis logicae prorsus oblitus esse videretur. Porro ostendit apud Minucium inveniri, quae

---

genau auf das, was er dem Min. entnommen hatte, ohne von dem Wenigen, was dieser mehr hat, sich weiteres anzueignen: z. B. von den Vergilreminiszenzen [VIII 320 ff. 357 fg.], die Min. einflicht. Einen Zug allerdings hat nur das Apol., nicht Nat. mit Min. gemein, der also Tert. erst bei der zweiten Bearbeitung eingefallen ist: *ab ipso primum tabulae* [Urkunden] *et imagine signatus nummus, et inde aerario praesidet:* das paszt in die übrige Beweisführung, indem der Name *aerarium Saturni* hier erklärt wird wie vorher *mons Saturnius.* Bei Min. ist das eine bedeutungslose Zutat geworden: *rudos illos homines et agrestes multa docuit ut Graeculus et politus: litteras imprimere, nummos signare, instrumenta conficere:* das letztgenannte hat zum Aerarium keinerlei Beziehung [denn instr. sind die Geräte des Ackerbaus, vor allem die Sichel *Saturni dens* Virg. Georg. II, 406, 'Urkunde' heiszt es nur als 'Beweismittel' im Procesz u. dgl.]

1) Ebert, p. 377; Reck, p. 93—96; Ramorino, p. 177; Heinze, p. 352, a. 3; p. 353, a. 1; p. 354, a. 2.

2) Cfr. quae infra (p. 43, adn. 5.) de Waltzingii coniectura dicentur.

enumeravit [1]) insignia imitatoris, apud Tertullianum non item.

Attamen diiudicari non potest, uter alterum imitaverit. Ea enim argumenta, quae utrique communia sunt, apud Graecos apologetas quoque inveniuntur. Minucius et Tertullianus his locis non magis inter se cognati sunt quam cum Graecis [2]).

6. Ap. XIII, 7 — Oct. XXIII, 5 (W.). (XXII, 5 H.) [3]). Heinze putat ex his locis *suspicari* posse Minucium e Tertulliano pendere.

7. Ap. XIV, 1 — Oct. XXII, 8 (W.) (XXIV, 2 H.) [4]). Cum Tertullianus ritus se recensurum professus ad litteras Romanas abrupte convertatur, putat Ebert, cui Norden assentitur, eum hunc locum non ipsum invenisse, sed a Minucio recepisse atque statim omisisse; Hartel vero ne mediocris quidem compilatoris esse quod invenit statim omittere, ergo Haverkampii coniecturam [5]) multo facilius defendi quam Eberti explicationem.

---

1) Cfr. p. 27, adn. 2.

2) Cfr. Heinze, p. 351: Er (Tertull.) gibt nur kurz den *traditionellen Hinweis* auf die Verwendung der gleichen Stoffe zu Götterbildern wie zu niedrigen Geräten, ja die Umformung dieser in jene.

De animalibus, qui imagines intellegunt, isdem fere temporibus loquitur Clemens Alexandrinus (Protr. IV, 52), ex quo apparet hunc quoque esse locum communem. His autem ipsis in locis tractandis Tert. et Min. sunt inter se similes.

3) Heinze, p. 357.

4) Ebert, p. 352, 377, 378; Hartel, p. 365, 366; Reck, p. 97; Norden, p. 10; Heinze, p. 358, a. 1; 359.

5) Verbum q. e. *volo* putat mutandum esse in verbum q. e. *nolo*. Heinze conicit *volo* fortasse idem significare atque *velim*.

Alio loco quoque Tertullianum idem fecisse (Ap. XI, 11: volo igitur merita recensere; tum nihil scriptum legitur de singulis meritis; denique Ap. XI, 15: sed ut omittam) Heinze animadvertit. Cfr. praeterea p. 33, adn. 2. Porro confert Ad nat. I, 10, p. 78, ubi omnia quadrant. Certe vix fieri potuit, ut Tertullianus, postquam libros ad nationes scripsit, Minucio exemplo usus illud mendum in Apologeticum induceret, cum praesertim ea, quae c. XIV, 1 dicit, apud Minucium non inveniantur.

Quae cum ita sint, ex his locis neque Minucium neque Tertullianum priorem fuisse effici potest.

8. Ap. XIV, 2—6 — Oct. XXIV, 1—8 (W.) (XXIII, 1—9, H.). [1]).

Tertullianus „ludibria" enumerat, quae invenit in litteris paganorum, Minucius „fabulas et errores, figmenta et mendacia poetarum."

Hos locos Heinze iure ducit inter utilissimos, ex quibus discatur, quae ratio intercedat inter Tertullianum et Minucium. Convenit ei cum Wilhelmo [2]) apologetarum neque, qui antea scripserint, neque, qui postea quidem scripserint, sed Minucium vel Tertullianum imitati non sint, neminem in exemplis eligendis et describendis ita Tertulliano similem esse ut Minucius. Neque Lactantius ita ad Tertullianum accedit, ut aeque ac Minucius conferendus sit. Quod Agahdium iniuria fecisse clare ostendit Heinze [3]).

---

1) Schwenke, p. 280, a. 2 (p. 281); Wilhelm, p. 53—58; Agahd, p. 40—45; Ramorino, p, 158, a. 1; Heinze, p. 361—363.

2) O. l. p, 55, a. 4; 56, a. 1—8.

3) O. l. 362, a. 1: Agahd sieht in der oben (S. 290, 2) angeführten. Schrift (p. 40 ff) in den Abweichungen der beiden von einander und

Tertullianus et Minucius autem ita inter se conveniunt: exempla deorum certantium, Veneris sauciatae, Martis vincti, Iovis a Briareo liberati, Sarpedonis defleti, Iovis cum Iunone concumbentis, eodem ordine afferuntur, tum Minucius solus exhibet Herculem stercora egerentem, tum ambo Apollinem et Neptunum servientis, denique Tertullianus Aesculapium, quem Minucius c. XXIII, 7 (W.) (XXII, 7, H.) iam nominavit, Minucius fulmina et Aeneae arma fabricata, Martis et Veneris adulterium, Iovis in Ganymedem stuprum.

Exceptis exemplis Herculis[1]) et Aesculapii res ita se habet, ut Minucius, postquam eadem exempla attulit atque Tertullianus, nonnulla adiciat.

Non potest igitur dubitari, quin alter ex altero pendeat, atque veri simile iam videtur Tertullianum esse priorem,

---

darin, dasz für Beide Paralelle bei den griechischen Kirchenschriftstellern vorhanden sind, wieder einen Beweis für seine These: aus dem *auctor communis* soll auch Lactanz i. d. I 10, 5 ff. schöpfen. Er müszte zum mindesten sein Stemma noch dadurch komplizieren, dasz er Laktanz aus dem *auctor* direkt, Tert, und Min. aus einer gemeinsamen abgeleiten Quelle schöpfen liesze: so grosz ist ihre Übereinstimmung gegenüber Lactanz. Ich meine aber, in diesem Falle liegt besonders klar auf der Hand, dasz das Mehr bei dem einen wie dem andern nicht aus einer besonderen 'Quelle', sondern aus eigener Kenntnis der Dinge geschöpft ist; oder sollte man wirklich dem Min. nicht die Kenntnis der Fabeln von Herkules und Augeias, von der Schmiede Vulkans, Ares' und Aphroditens Ehebruch, Juppiters Liebe zu Ganymed zutrauen? Oder beweist es irgend etwas für eine 'Quelle', dasz diese allgemein bekannten Fabeln auch bei den griechischen Apologeten erwähnt werden? Irgendwelche Besonderheiten der Überlieferung, die es ermöglichten, auf eine bestimmte Tradition zu schlieszen, liegen nirgends vor.

1) Huius exempli fortasse ei in mentem venit, cum in eo esset ut de Apolline et Neptuno servientibus verba faceret. Cfr. Heinze, o. l. p. 363.

cum causa inveniri non possit, cur Martis et Veneris adulterii, Iovis in Ganymedem stupri mentionem non fecisset, si Minucium ante oculos habuisset [1]).

Sed quaeramus summa lege comparationis adhibita. Tertullianus ostendere in animo habet scriptores paganos erga deos esse impios. Agit deinceps de poëtis, scilicet de Homero aliisque heroicis, de lyricis, de dramaticis; deinde de philosophis. Exempla, quae ex Homero aliisque heroicis et e Pindaro affert, omnia maxime apta et accommodata sunt ad propositum [2]).

Apud Minucium res prorsus aliter se habet. Neque clare atque distincte dicit, quid sibi in enumerandis exemplis proposuerit, neque exempla ita refert ut videatur certum quid sibi proposuisse.

Apologetae Graeci, qui saeculo secundo scripserunt, talia exempla promiscue attulerunt, ut ostenderent primo deos homines fuisse, atque eos homines nefandos; deinde eos

---

1) Nisi forte quis putat eum bis de eodem deo vel dea verba facere noluisse, sed de Iove ter dixit.

2) Cfr, Heinze, p. 363: Bei ihm (Tert.).... hat das *deos ut gladiatorum paria congressos* (cf. p. 22, adn. 2) eine vergiftete Spitze, bei Min. ist das *hic eorum paria composuit* gleichgültige Redewendung, denn es dient nur als Beleg dafür, dasz Homer *deos .... in hominum rebus et actibus miscuit;* bei Tert. ist *Iovem opera cuiusdam monstri liberatum* ein Hieb auf die Jämmerlichkeit des Gottes, bei Minucius *Iovem Briareo liberatum* gelehrte Notiz; Tert. zeigt uns Juppiter *foede subantem in sororem* in abstoszendem Bilde bei dem der Incest nicht zu vergessen ist und der Zusatz *sub commemoratione non ita dilectarum iampridem amicarum* das Widerliche der Sache verstärkt, bei Minucius ist in *flagrantius quam in adulteras soleat cum Iunone uxore concumbere* der Gegensatz zwischen *adulterae* et *uxor* belanglos, eher abschwächend: und so läszt sich der Vergleich ausnahmslos durch alle Beispiele durchführen.

deos, quicumque sunt, omnino esse deridendos, contemnendos, detestandos; denique scriptores paganos inter se non convenire atque multa errore aut vitio inductos finxisse[1]). Non viderunt ipsos se ea proferre, quae inter se non conveniunt. Si dei homines sunt, parvi interest, utrum boni an mali: Christiani ubique non sunt *ἄθεοι*; si scriptores errore aut vitio inducti de deis narraverunt, eorum testimonio confirmari nequit deos esse homines aut ridendos et detestandos.

Tertullianus non item: postquam e rerum scriptoribus, utpote qui longissime a poetarum erroribus absint, et e rerum argumentis, quippe quae unicuique in conspectu sint, effecit omnes deos fuisse homines, deinde ostendit eos non post mortem virtutis causa deos factos esse, quia eorum merita aut prorsus non exstent, aut flagitia sint, nihil amplius de fabulis agit, sed concise dicit: Quantum igitur de deis vestris, nomina solummodo video quorundam veterum mortuorum et fabulas audio et sacra de fabulis recognosco. Quantum autem de simulacris ipsis, nihil aliud reprehendo quam materias sorores vasculorum instrumentorumque communium[2]). Tum ostendit paganos esse impios erga

---

1) Cfr. e. g. Theophilus, Ad Autol. II, 8: *οἱ συγγραφεῖς πάντες... μύθους... καὶ μωρίας συνέταξαν περὶ τῶν κατ' αὐτοὺς θεῶν· οὐ γὰρ ἀπέδειξαν αὐτοὺς θεούς, ἀλλ' ἀνθρώπους, οὓς μὲν μεθύσους, ἑτέρους πόρνους καὶ φονεῖς.*

Aristides, VIII, 4 (ed. Geffcken): *ὅθεν γελοῖα καὶ μωρὰ καὶ ἀσεβῆ παρεισήγαγον οἱ Ἕλληνες, βασιλεῦ, ῥήματα, τοὺς <τοιούτους> μὴ ὄντας προσαγορεύοντας θεοὺς κατὰ τὰς ἐπιθυμίας αὐτῶν τὰς πονηράς, ἵνα τούτους συνηγόρους ἔχοντες τῆς κακίας μοιχεύωσι, ἁρπάζωσι, φονεύωσι καὶ τὰ δεινὰ πάντα ποιῶσιν.*

Cfr. Heinze, p. 338—340.

2) Ap. XII, 1, 2.

deos suos. Inter alia adversus deos ludibria enumerat ea quoque, quae apud poëtas et philosophos invenit, quamquam horum officium est: *informare ad prudentiam et liberalia officia*[1]). Ex iis ludibriis non comprobat deos homines fuisse aut eos homines non meruisse, qui post mortem dei fierent, sed eos ne paganis quidem deos esse, cum, quos ita nominent, neglegant et illudant[2]).

Minucius autem partim se applicat ad Tertullianum[3]), partim ad Graecos, quos secutus egit de ritibus ridendis et miserandis[4]), de sacris et mysteriis tristibus[5]), de formis ridiculis[6]). Tum sequuntur exempla, quae confirmare videntur deos homines fuisse[7]). Cfr. quae de Aesculapio et de Hercule dicuntur[8]). C. XXIV (W.) denique affert testimonia poetarum. Quid in enumerandis his testimoniis sibi proposuerit, perdifficile est ad diiudicandum. Modo enim hoc modo illud sibi proposuisse videtur. Maximi momenti sunt sententiae, qua Platonis de Homero iudicium comprobat, haec verba: *deos vestros, etsi ludos facit, tamen in hominum rebus et actibus miscuit*[9]). Waltzing[10]) ita explicat: „deos ludos facere idem esse atque deos eludere,

1) Ap. XIV, 2.
2) Cfr. Heinze, p. 361.
3) Cfr. quae sub no. 4 dicta sunt.
4) Oct. XXII, 8, 9 (W.).
5) Oct. XXIII, 1—4 (W.).
6) Oct. XXIII, 5, 6 (W.).
7) Oct. XXIII, 7 (W.).
8) Aesculapius *ut in deum surgat* fulminatur. Hercules *ut hominem exuat* Oetaeis ignibus concrematur.
9) Oct. XXIV, 3 (W.).
10) L'Octavius de M. Minucius Felix par J. P. Waltzing (Collection de classiques latins comparés), 1909, Ed. A., Comment., p. 129.

ludificare." Tum ludos facere fere idem est atque in hominum rebus et actibus miscere, atque intellegi non potest, cur Minucius dixerit verba, q.s. etsi... tamen. V. d. L. Valmaggi [1]) verba, q.s. ludos facit, explicat his verbis italicis: *per sollazzo,* quae hoc loco fere idem significant atque Graecum ψυχαγωγίας χάριν. Putavit ergo Minucium dicere voluisse: quamquam Homerus, ut poëta, fabulas et errores praebeat iis, qui legunt, tamen ex eius poematis apparere deos homines fuisse. Tum particulae, q.s. etsi... tamen, suam vim obtinent. Porro verborum coniunctio, q. e. ludos facere, apud Petronium invenitur eodem sensu usurpata. Itaque Valmaggi rectius explicavisse videtur. Dicet aliquis fortasse: num potuit Minucius res tam contrarias una sententia coniungere? Atqui simile quid fecit c. XXIV, 1 (W.). Nam formis deorum enumeratis, ut appareant eorum dedecora, statim omnia, quae antea dixit, fabulas et errores dicit. Sed ita non ostendunt ludibria et dedecora deorum, sed impietatem eorum, qui tale quid commenti sunt. Postea [2]) videbimus Minucium alibi quoque una eademque sententia res prorsus contrarias coniungere, id quod e Graecis apologetis, qui eadem inconstantia laborant, facile explicatur. [3]).

Sin vero putamus nos invenisse, quid Minucius sibi proposuerit, decipimur. E plerisque exemplis apparet deos non solum homines fuisse, sed etiam homines nefarios; quibus exemplis enumeratis pergit: quae omnia in hoc prodita,

---

1) M. Minucii Felicis Octavius con introduzione e commento di Luigi Valmaggi, Torino, Paravia, 1910.

2) Cfr. sub no 12.

3) Cfr. p. 40, adn. 1.

ut vitiis hominum quaedam auctoritas pararetur [1]). Tum loquitur de figmentis et mendaciis dulcioribus [2]). Auctoritas vitiis hominum paratur cum Homerus deos pugnantes, Iovem flagrantius, quam in adulteras soleat, cum Iunone concumbentem, Martem et Venerem in adulterio deprehensos, Iovem stupro pollutum facit, minime vero cum Hercules homo stercora egerit, Apollo et Neptunus serviunt, fulmina a Cyclopibus fabricantur.

Iam apparuit Heinzium merito dixisse [3]): Unter diesem Schwanken ist ein festes Princip der Auswahl bei Minucius nicht zu finden, und die Formulierung arbeitet nicht konsequent auf ein bestimmtes Ziel hin, während bei Tert. jedes Wort dazu dient das dedecus zu verstärken [4]).

Apud Minucium priora exempla accommodata sunt ad ea, quae praecedunt: *deos in hominum rebus et actibus miscuit;* posteriora ad ea, quae sequuntur: *figmenta.... prodita, ut vitiis hominum quaedam auctoritas pararetur* [5]).

---

1) Oct. XXIV, 7 (W.).

2) Oct, XXIV, 8 (W.).

8) O. l. p. 363.

4) Cfr. quae de verbis, q. s. *deos ut gladiatorum paria congressos,* dicit Heinze, (p. 39, adn. 2) cum iis quae Schwenke dixit (p. 22, adn. 2.) Ceterum si libri Ad nat. ante Apol. scripti sunt, luce clarius est vocabulum, q. e, gladiatorum non a Tertulliano additum esse, postquam Octavium inspexit. Nam Ad nat. I, 10, p. 79, l. 5 scripta leguntur haec verba: *gladiatoria quodammodo paria composuit;* tum sequitur eadem fere series exemplorum atque in Apologetico. Cfr. p. 32. adn. 3.

5) Heinze videtur non legisse, quae Waltzing scripsit Musée Belge, X, 1906, p. 83—100 (Cfr. Kroll, Rheinisches Museum, 60, 1905, p. 310—312), certe eorum rationem non habuit dicens p. 362: nach dem abschlieszenden *quis ergo dubitat hominum imagines consecratas vulgus orare* (Halm XXIII, 9; Waltzing XXII, 1). Waltzing demonstravit duo folia transmutanda esse, non unum, ut Halm,

Quae cum ita sint, dubitari non potest, quin secundum summam comparationis legem Minucius e Tertulliano pendeat.

9. Ap. XV, 1—6 — Oct. XXXVII, 12 [1]).

Heinze putat apud Minucium non quadrare sententiam quae est: *idem deos vestros induendo stupra, suspiria, odia dedecorat,* cum deos dedecorari causa non esset, cur Christiani ludos scenicos vitarent. Attamen deos *stupris et*

Lindnerum secutus, fecit in praeclara editione, quam a. 1867 in lucem emisit. Equidem puto Waltzingium merito ac iure in editione quam a. 1912 curavit, transmutavisse, ut proposuerat, cum praesertim Halmii coniectura (qui XXII, 1 (= XXIII, 9 W.) pro *horum* substituit *hominum)* ita supervacanea sit, atque verbum q. e. *denique* XXIII, 1 (W.) suam vim obtineat.

Quod cum ita sit, apparet Minucium non solum quod ad singula argumenta atque exempla attinet (cfr. sub no 4 et 7) Tertullianum secutum esse ita, ut in fine nonnulla addiderit, sed etiam totam argumentationem (XXI—XXIV W,) ea via ac ratione composuisse. En conspectus argumentorum:

TERTULLIANUS.		MINUCIUS.	
X	Saturnus homo fuit; ergo omnes dei pagani.	XXI, 4—9	Saturnus *et Iuppiter* homines fuerunt; ergo omnes dei pagani.
XI	Neque post mortem dei facti sunt homines.	XXI, 9—12	Nec de mortuis dei fiunt.
XII	Simulacra sunt prorsus inania.	XXII, 1—7	Simulacra sunt prorsus inania.
XIII — XV	Ipsi gentiles deos contemnunt.	XXII, 8 — XXIV	*'Ατοπίαι rituum, sacrorum, formarum, factorum permultis exemplis probatae,* inter quae nonnulla simul ostendunt ipsos gentiles deos contemnere.

1) Heinze, p. 364, adn. 2.

odiis induendis dedecorari sine dubio iusta causa erat [1]) Fieri potest, ut Minucius pendeat ex Apolog. c. XV, 2: *Cybele pastorem suspirat fastidiosum,* sed certo modo demonstrari non potest, cum praesertim Minucius brevius loquatur.

10. Ap. XV, 7 — Oct. XXV, 11 (cfr. XXV, 9, 10, 12; VI, 2) [2]).

E vocabulis partim paribus, partim similibus apparet aut Minucium e Tertulliano aut hic ex illo pendere.

Caecilius c. VI ait Romanos ideo imperium obtinuisse, quod urbem munirent sacrorum religionibus, castis virginibus, multis honoribus ac nominibus sacerdotum; Octavius respondit c. XXV, 10 Vestales minime castas esse, immo omnes impudicitia pollutas, c. XXV, 12 alios populos quoque regna tenuisse, cum Romanorum sacerdotia et sacra non habuissent; c. XXV, 11 agit de sacerdotibus libidinosis, cum Caecilius de castitate sacerdotum nihil dixerit [3]), id quod scrupulum nobis inicit. Praeterea Minucius rem in maius extollit: sacerdotibus omnium maleficiorum culpa praestanda esse videtur; atque in maius extollere debet, alioquin minus apta fuisset ad propositum: efficere apud Romanos religionem *sacerdotum* non sanctiorem esse. Apud Tertullianum hic locus vitio exemptus est: optime claudit

---

1) *Suspiria* quoque ad amorem pertinere vidit Waltzing. Cfr. translatio eius, quam a. 1909 in lucem emisit (in editionis Parti du maître, p. 64): en leur endossant des infamies, des soupirs *amoureux,* des haines.

2) Ramorino, p. 158, 159, 176; Heinze, p. 365, 366.

3) Verba, q. s. a. sacerdotibus, delevit Sauppe. Quibus verbis omissis sententia quod ad stilum attinet melius sonat, quod ad argumentum eadem manet, cum aptata sit ad verba, q. s. religio *sanctior* sacerdotum.

seriem argumentorum, quibus demonstratur gentiles impios sacrilegos, irreligiosos esse erga deos suos.

Apparet ergo Tertullianum esse priorem.[1])

11. Ap XVI, 1—5 — Oct. XXVIII, 7, 8.[2]).

Refellitur calumnia de capite asinino a Christianis deo habito. Heinze clare ostendit Minucium sua undecunque sumere neque apte coniungere. E verborum similitudine[3]) sequitur, ut veri simile sit eum Tertulliani quoque locum inspexisse. Cum autem Minucius prorsus aliter argumentatus sit, certo modo diiudicari nequit.

12. Ap. XVI, 6—8 — Oct. XXIX, 6—8.[4])

De crucis signo agitur. Heinze dicit Minucium primum Tertullianum sequi, deinde Iustinum[5]). Cum iis autem tam arte cohaeret, ut argumenta eodem ordine exhibeat atque sub eodem aspectu ponat.

Ea, quae et apud Tertullianum et apud Iustinum leguntur sub variis autem aspectu posita, sub eodem aspectu ponit atque Tertullianus. Quamquam enim ex verbis ipsis non apparet, coniunctio *nam,* quae p. 7 coniungit cum p. 6, ostendit qua ratione sententiae se excipiant.

---

1) Quod cum ita sit, animadvertendum est, id quod iam Ramorino, o.l. p. 159, fecit, Minucium exhibere verba, q. s. *flagrans libido*, ubi Tertullianus; *thure flagrante libidinem.* Hoc monstrat Minucium interdum Tertulliani verborum sonitum referre sensu prorsus mutato.

Cfr. quoque vocabulum q. e. ludibria. Apud Tertullianum, XIV, 2, ludibrium significat activo sensu irrisionem deorum a gentilibus factam, apud Minucium, XXIII, 5 (W.), passivo sensu deos ipsos ridendos esse.

2) Heinze, p. 367, 368.

3) Cfr. Ramorino, p. 159.

4) Schwenke, p. 277; 278, a. 1 ; Wilhelm, p. 60—63; Heinze, p. 369.

5) Apologia I, 55, 2—7.

Tum ambas rationes una sententia conclusit.

Ut unicuique liceat considerare, quae dixi, argumenta brevi in conspectu posui:

IUSTINUS	TERTULLIANUS	MINUCIUS
2. ὅπερ (σταυρωθῆναι) ὡς προεῖπεν ὁ προφήτης τὸ μέγιστον σύμβολον τῆς ἰσχύος καὶ ἀρχῆς αὐτοῦ (Ἰησοῦ) —		
ὡς καὶ ἐκ τῶν ὑπ' ὄψιν πιπτόντων δείκνυται· κατανοήσατε γαρ πάντα τὰ ἐν τῷ κόσμῳ, εἰ ἄνευ τοῦ σχήματος τούτυ διοικεῖται ἢ κοινωνίαν ἔχειν δύναται —		8. signo crucis *ratio naturalis* innititur —
3. θάλασσα μὲν γὰρ οὐ τέμνεται, ἢν μὴ τοῦτο τὸ τρόπαιον, ὃ καλεῖται ἱστίον, ἐν τῇ νηῒ σῶον μείνῃ —		8. signum sane crucis naturaliter visimus *in navi* cum velis tumentibus vehitur, cum expansis palmulis labitur —
γῆ δὲ οὐκ ἀροῦται ἄνευ αὐτοῦ. —		cum *erigitur iugum* crucis signum est —
σκαπανεῖς δὲ τὴν ἐργασίαν οὐ ποιοῦνται οὐδὲ βαναυσουργοὶ ὁμοίως, εἰ μὴ διὰ τῶν τὸ σχῆμα τοῦτο ἐχόντων ἐργαλείων —		

4. τὸ δὲ ἀνθρώπειον σχῆμα οὐδενὶ ἄλλῳ τῶν ἀλόγων ζώων διαφέρει, ἢ τῷ ὀρθόν τε εἶναι καὶ ἔκτασιν χειρῶν ἔχειν καὶ .... κύριος. —		cum *homo porrectis manibus* deum veneratur —
6. καὶ τὰ παρ' ὑμῖν δὲ σύμβολα τὴν τοῦ σχήματος τούτου δύναμιν δηλοῖ, <λέγω δὲ τὰ τῶν οὐηξί> λλων καὶ τῶν τροπαίων, δἰ ὧν αἵ τε πρόοδοι ὑμῶν πανταχοῦ γίγνονται —	7. Sed et Victorias *adoratis,* cum in *tropaeis* cruces sint. 8. *Religio* Romanorum tota castrensis signa *veneratur,* signa iurat, signa *omnibus deis praeponit....* siphara illa *vexillorum* et *cantabrorum* stolae crucum sunt —	(6 cruces ligneas, ut deorum vestrorum partes forsitan *adoratis).* 7. nam et signa ipsa et *cantabra* et *vexilla* castrorum quid aliud quam inauratae cruces sunt et ornatae? Tropaea vestra victricia non tantum simplicis crucis faciem, verum et adfixi hominis imitantur —
τῆς ἀρχῆς καὶ δυνάμεως σημεῖα ἐν τούτοις δεικνύντες, εἰ καὶ μὴ νοοῦντες τοῦτο πράττετε. καὶ τῶν παρ' ὑμῖν ἀποθνησκόντων αὐτοκρατόρων τὰς εἰκόνας ἐπὶ τούτῳ τῷ σχήματι ἀνατίθετε καὶ θεοὺς διὰ γραμμάτων ἐπονομάζετε. —	8. Omnes illi *imaginum suggestus* in signis monilia crucum sunt —	

6. Sed et qui crucis nos religiosos putat *consacraneus* erit noster. Cum *lignum aliquid propitiatur* viderit habitus, quando materiae qualitas eadem sit, viderit forma, dum id *ipsum dei corpus* sit. Et tamen quanto distinguitur a crucis stipite Pallas Attica et Ceres Pharia.... 7......... diximus originem *deorum vestrorum* a plastis de cruce induci.	6. Cruces etiam nec *colimus* nec optamus. Vos plane, qui *ligneos deos consecratis,* cruces ligneas ut *deorum vestrorum partes* forsitan adoratis . . . . 8.... aut *vestra religio* formatur.

Apud Tertullianum omnia spectant ad cultum; Iustinus ait crucem potestatis et imperii signum esse, quia eo ratio naturalis (πάντα τὰ ἐν τῷ κόσμῳ) innitatur, quia pagani nescientes, cum potestatis et imperii signa constituere velint, signum crucis eligant; Minucius primum de cultu loquitur, deinde de ratione naturali, ex quo luce clarius est, eum tam e Tertulliano quam e Iustino pendere.

13. Ap. XVI — Oct. XXVIII, 7—XXIX, 8 [1]).

E falsis rumoribus, de Christianorum deo divulgatis, Mi-

1) Norden, p. 13, 14; Heinze, p. 370, a. 2.

nucius refert eos, qui fingerent Christianos colere: caput asininum, sacerdotis genitalia, hominem summo supplicio punitum, crucem; Tertullianus eos, qui fingerent Christianos colere: caput asininum, crucem, solem, hominem, qui est auribus asininis et altero pede ungulatus.

Heinze multis rebus reprehendit quidem ea, quae Minucius scripsit, sed non audet ex his locis diiudicare, uter prior scripserit.

Norden vero his locis comparatis confirmari putat id quod demonstrare sibi esset propositum, scil. Minucium priorem esse. Eum ordo offendit, quo singula apud Tertullianum se excipiunt: cur enim illa de capite asinino et de monstro aurium asininarum, quae argumenti sunt simillimi, ita alterum ab altero diremisset, ut duo interponeret, quae in genere versarentur alienissimo? Putat eum primo ordinem, quem apud Minucium institui videret, secutum esse, deinde nova illa de sole et de homine, qui est auribus asininis addidisse.

Atqui illa de capite asinino et de monstro aurium asininarum Tertulliano certe non simillimi argumenti visa sunt, id quod apparet ex iis verbis, quibus crimina retorquet. Cfr. p. 5: vos tamen non negabitis et *iumenta omnia* et *totos cantherios* cum sua Epona coli a vobis. Hoc forsitan improbamur, quod inter cultores omnium *pecudum bestiarumque* asinarii tantum sumus.

p. 12 . . . . Risimus et nomen et *formam.* 13 Sed illi debebant adorare statim *biforme* numen, quia et canino et leonino capite *commixtos* et de capro et de ariete cornutos et a lumbis hircos et a cruribus serpentes et planta et tergo alites deos receperunt.

Cum duo illa crimina ita diverse intellegat, necesse est eum illa seorsim proferre, ne confundantur propter levem similitudinem.

14. Ap. XVII — Oct. XVIII, 7—9,11. [1])

Heinze separatim contulit Ap. XVII, 1 cum Oct. XVIII, 8, Ap. XVII, 4—6 cum Oct. XVIII, 11. Ostendit notiones, quae sunt verbum (quo iussit deus), ratio (qua disposuit), virtus (qua potuit) saepe in mente Tertulliani versatas esse. Inveniuntur enim duobus aliis Apologetici locis[2]), praeterea in posterioribus operibus saepe simile quid scriptum legitur. Apud Minucium illo solo loco occurrunt, ubi minus graves sunt, cum attineant ad providentiam et divinum imperium, non ad creationem.

De reliquis locis egerunt Ebert, Hartel, Heinze. Quod ad alterum attinet[3]) Ebert putavit Tertullianum Octavii locum prave intellexisse, sed cum ipse locum Apologetici prave intellexerit[4]) iudicium eius nullum habet pretium. Hartel et Heinze vero consentiunt tam Tertulliani quam Minucii verba offensione carere, verba autem Tertulliani multo magis gravia et ingeniosa esse.

Hartel ideo confugit ad fontem communem, Heinze decernere audet, incidit autem in mendum, quod in aliis reprehendit dicens: „Aber auch das 'Besser' oder 'Schlechter' ist nicht mit 'Original" und 'Kopie' zu identifizieren: es

1) Heinze, p. 372, 375, 376, 377; Ebert, p. 372—375; Hartel, p. 362—364; Ramorino, 161, 162.

2) XXI, 10, 17.

3) Oct. XVIII, 8.

4) Hartel, p. 363; Heinze, p. 376, a. 1.

kann sehr wohl der Entlehnende eine Unebenheit seines Autors glätten, einen Fehler verbessern, eine Pointe *schärfen.*" [1]) Horum autem virorum doctorum conatus ideo ad finem non duxisse puto, quod locos separatim comparaverunt. Quodsi perscrutamur, quo modo sententiae se excipiant, sub quo aspectu posita sint, luce clarius apparebit Minucium e Tertulliano pendere.

Minucius inde a c. XVIII, 5 ad c. XX, 1 operam dat, ut demonstret deum unum esse, Tertullianus hoc quidem non silentio praeterit, sed agit deinde de creatione, de natura, de cognitione dei. Itaque facit testimonium animae primo confirmans deum esse, deinde deum unum esse, tertio deum iudicem esse. Minucius recte facit, quod testimonium vulgi [2]) ideo tantum affert, ut confirmet deum unum esse. Quod vero ad paragraphos 7 et 8 attinet res prorsus aliter se habet. Cum demonstratur deum esse unum, minus accommodata sunt, quae de imperio mundi (in fine c. 7), de cognitione dei dicuntur. Attamen Minucius data opera disserit de cognitione dei p. 8, 9, tum repente ad propositum redit p. 10.

Quae cum ita sint, iam deprehendimus in Minucio,

---

1) O. l. p. 290, a. 2 (p. 291).

2) Multos offendit illud vulgus pro anima positum apud Minucium. Cfr. vero Tertulliani de testimonio animae c. 1 (Reifferscheid-Wissowa, p. 135, l. 20—26): Sed non eam te (animam) advoco, quae scholis formata, bibliothecis exercitata, academiis et porticibus Atticis pasta sapientiam ructas, te simplicem et rudem et impolitam et *idioticam* compello, qualem te habent, qui te solam habent, illam ipsam *de compito, de trivio, de textrino* totam.

Manifestum est illud vulgus non tam alienum esse a Tertulliani verbis quam vulgo putant.

quae imitatoris propria sunt [1]), atque lis dirempta est.

15. Ap. XXII; XXIII; XXVI. 4—7 — Oct. XXVI, 7—12, XXVII [2]).

Tertullianus et Minucius de daemonibus tam similiter disserunt, ut fere eadem argumenta afferant, quae eadem fere serie tractantur, ut verba nonnumquam simillima, interdum eadem sint. Nemo Wilhelmo et Agahdio exceptis dubitat, quin alter ex altero pendeat.

Inde ab Eberto vero usque ad Heinzium omnes inquisiverunt res singulas. Egerunt de verbis, q.s. sciunt Croesi, sciunt Pyrrhi, phantasmata Castorum; de Hostane laudato, de exemplis allatis. In eorum autem argumentationes cadere illud Harnackii de clepsydra dictum unusquisque videbit. Wilhelm et Agahd operam et oleum perdiderunt in quaerendis fontibus, ex quibus Tertullianus et Minucius hausissent res, quae omnibus eruditis tunc pernotae erant.

Heinze primus totos locos contulit atque investigavit, quo modo argumenta et sententiae se exciperent. Qui postquam ostendit, quam arte apud Tertullianum omnia cohaereant, nemo fere amplius intellegit, qua ratione ductus Ebert putaverit hanc Apologetici partem cum reliquis operis partibus non arte coniunctam atque conexam esse [3]).

Apud Minucium vero multa offendunt: imprimis, quod, cum omnia, quae de daemonibus dicit, ad auspicia vel

1) Cfr: Heinze, p. 290, a. 2 (p. 291): unvermitteltes Einsetzen, Abbrechen und Überspringen, Kontamination verschiedener Gesichtspunkte.

2) Ebert p. 366—368; Hartel, p. 358, 359; Schulze, p. 492; Schwenke, p. 272, 273; Reck, p. 101—105; Massebieau; p. 334; Wilhelm, p. 5—11; Agahd, p. 54—59; Ramorino, p. 165, 176, 177, Heinze, p. 406—414.

3) O. l. p. 366.

oracula pertinere videantur [1]), tamen multas alias res tractat idque eodem fere modo atque Tertullianus, qui de daemonibus disserit, ut appareat deos, quos pagani ducunt, esse daemones, Christianorum vero deum esse unum et verum. Eo fit, ut Hostanis de deo vero testimonium, quod Ap. XXIII non inepte intercalari poterat, apud Minucium suum locum non habeat. Neque exorcismus, qui vocatur, proprie pertinet ad Minucii argumentationem, id quod sensisse videtur, cum diceret: *haec omnia* sciunt pleraque pars vestrum ipsos daemones de semetipsis confiteri.

Ex iis, quae sequuntur, apparet illa „omnia" nihil aliud esse nisi deos esse daemones. Tum vero nihil ad oracula pertinent. Minime denique ad oracula pertinent ea, quae deinde dicit de odio in Christianos tam daemonum quam hominum paganorum. Uno tantum loco de oraculis dicit, scil. c. XXVII, 1 haec verba: oracula efficiunt (impuri spiritus, daemones).

Quae cum ita sint, iam constat Tertullianum esse priorem. Nam Minucius ea, quae ad daemones attinent, considerat sub eodem aspectu atque Tertullianus, quamquam pollicitus est ea sub alio aspectu tractare.

Huc accedit, quod multis locis in contrarias sententias distrahi videtur. Certo modo diiudicari non potest, utrum poëtas et philosophos eadem atque ipsum de daemonibus disserere putet an confirmare tantum eos existere, utrum Socratem malo an bono daemone agitatum faciat, utrum daemones adflatu suo re vera miracula efficiant an homines fallant, utrum daemones, cum exigantur, ipsis verbis testimonium dicant an eo, quod statim exsiliant.

1) Cfr. XXVI. 7.

Ut finem faciam, hoc tantum addam, quod Heinze non vidit: Minucium tribus locis agere de operibus daemonum [1]), cum Tertullianus uno tenore omnia eorum opera recenseat atque explicet [2]).

Hic Minucii locus eandem rationem habet ad Tertullianum et Graecos atque ea, quam sub no 8 et 12 indicavi. Cfr. p, 43, adn. 5. In universum Tertullianum sequitur, adicit nonnulla e Graecis petita. Nam ubi dicit, qui et quales sint daemones, ad Graecos propius accedit [3]).

16. Ap. XXV, XXVI — Oct. VI, VII, XXV. [4]).

Tertullianus et Minucius ostendunt imperium Romanum non esse mercedem, quam dei pagani Romanis ob eorum erga se merita dedissent. Loci argumentis, verbis nonnunquam, ita inter se sunt similes ut, nisi ad communem quendam fontem confugere velis, id quod hic praesertim minime iuvat ad explicandas differentias [5]), dubitari non

---

1) XXVI, 8; XXVI, 10; XXVII, 1—4.

2) XXII, 4—12.

3) Cfr. loci, quos Heinze attulit; p. 407, a. 1: Athen. c. 25, in., Tatianus 12, p, 13, 15.

4) Ebert, p. 353—365; Hartel, p. 350—358; Schwenke, p. 271, 272, 275; Reck, p. 105—107; Wilhelm, p. 17—23; Massebieau, p. 331—334; Norden, p. 11—13; Agahd, p. 65—70; Burger, p. 21—23; Ramorino, p. 166, 167; Heinze, p. 426—433 (c. f. p. 417—426).

5) Cfr, Heinze, p. 430, a. 2:... es wird hier wieder recht deutlich, wie wenig diese Hypothese dazu beiträgt, die Diskrepanzen beider Apologeten zu erklären; denn ist es irgend glaublich, dasz der a(uctor) c(ommunis) beide Listen, die des Tert. und die nach ganz anderm Prinzip angelegte des Min. darbot, und nun der eine diese, der andere jene wählte? Hat aber einer von ihnen hier den a. c. verlassen und auf eigene Faust eine Liste zusammengestellt, so braucht man den a. c. gar nicht mehr: dann konnte z. B. Minucius' Vorlage, die er hier verläszt, ebenso gut Tert. sein.

possit, quin alter ex altero pendeat. Quod vero attinet ad modum, quo argumentationes institutae sunt, ita inter se differunt, ut diiudicare, uter ex altero pendeat, non liceat, nisi quis accurate ac subtiliter argumentationes utriusque scriptoris examinaverit et inter se diligenter comparaverit.

Ebertum, cum id in Tertulliano neglexisset, ab Hartelio refutatum esse supra memoravi [1]); Heinze hoc praesertim loco videtur esse quasi Hartel sibi constans.

Hartel, postquam dixit [2]): Doch dem angeklagten sei vorerst das Wort gegönnt, ehe Eberts Urtheil unterschrieben werde; Tertulliani argumentandi rationem examinavit. Heinze idem fecit, sed altius penetravit. Attamen dicens Tertullianum argumenta simpliciter adnectere [3]) rem non penitus perspexisse videtur. Non vidit, quam vim habeant particulae, quae sunt *sed* [4]), *atquin* [5]), *igitur* [6]). Tertium argumentum secundo minime oppositum est, ex quo sequitur illud *sed,* quo incipit p. 12, non vim adversativam habere, verum idem significare atque *sed etiam,* ut vim demonstrationis auctum iri significet. Quo modo augeatur, discimus ex verbo *atquin,* quod initio p. 14 scriptum legitur. Ea enim coniunctio usurpari solet ab eo, qui cum illa, quae antea dicta sunt, aut concedit, aut concedere videtur, tum fiducia quadam firmius certius inopinatum quid iis opponit. Quodsi eam vim coniunctionis, q. e. atquin, consideramus, intellegimus, qua ratione argumenta se excipiant,

1) Cfr. p. 21, adn. 3.
2) O. l., p. 350.
3) O. l., p. 432: einfachen Aneinanderreihung von Argumenten bei Tert.
4) XXV, 12.
5) XXV, 14.
6) XXVI, 1.

quid quodque eorum valeat. Nam veri simile est rationem argumentorum, quae nulla coniunctione interposita se excipiant, eandem esse.

Licet igitur Tertulliani argumentationem brevi conspectu in hunc modum exponere:

1. [1]. Dei Romanis imperium deferre *noluerunt;* Sterculus, Mutunus, Larentina, quippe qui dei proprie Romani sint, fortasse voluerunt, sed eos nullius pretii esse unusquisque videt; ceteros, quibus praesertim se debere imperium Romani putant, suae genti magis favere voluisse statim concedit is, qui scit eos homines fuisse ideoque ex humana indole patriam suam quemque diligere.

2. [2]. *Etiamsi voluissent, non potuerunt.* Reges enim fuerunt aut regibus subiecti, ut appareat aliorum esse regnum dare. De Sterculo non nisi ironice sermo est.

3. [3]. *Etiamsi deorum paganorum esset regnum dare, Romanis ob religiositatis merita imperium non datum est.* Nam „post imperium sive adhuc regnum" religio profecit, antea erat frugi et pauper.

4. [4] *Etiamsi dei ob frugi religionis merita imperium deferre parati essent, Romani non ob religionem magni, quippe quibus magnitudo de irreligiositate provenit.*

5. [5] *Etiamsi dei sacrilegia bellis patrata Romanis condonarent, iis potissimum* ob frugi religionis merita *imperium dari consentaneum non erat,* cum etiam illi, quorum regna

---

1) XXV, 3—9.
2) XXV, 10, 11.
3) XXV, 12, 13.
4) XXV, 14—17 prior pars.
5) XXV, 17 altera pars.

conflata sunt in imperii Romani summam, cum ea amitterent, sine religionibus non essent.

Haec quinque argumenta non temere se excipiunt, sed pulchram catenam efficiunt, cuius anuli alius alium tenet, ab alio tenetur.

Tum via patefacta est ad conclusionem [1]: videte *igitur*, ne ille regna dispenset, cuius est orbis, qui regnatur et homo ipse, qui regnat, sqq.

Quid autem Minucius? Primum ostendit Romanorum imperium iniustitia et ortum et auctum esse; secundum Romanos in bellis atque post victorias sacrilegos fuisse erga deos peregrinos; tertium vernaculos deos Romanorum nullius pretii esse; tum rursus agit de deis peregrinis; porro de impudicitia virginum Vestalium et sacerdotum; denique dicit alios ante Romanos diu regna tenuisse, cum sacerdotia et caerimonias Romanas non haberent.

Heinze exponit, quo modo Minucius sua e Ciceronis et Tertulliani operibus conflare potuerit, dicens [2]: Vergegenwärtigen wir uns die Arbeitsweise des Minucius, indem wir als erwiesen annehmen, dasz er Tert. benutzt hat. Er hat von dessen Argumenten drei (1, 4, 5) im wesentlichen reproduziert, indem er vor allem die Beispielsreihen mehr oder weniger abänderte, wozu er nur in einem Falle sich in der Litteratur nach Material umgesehen hat; zwei andere Argumente, die ihm wohl zu spitzfindig schienen, hat er beiseite gelassen. Er hat damit verbunden eine aus Cicero geschöpfte Darlegung über die *iniustitia* als *fundamentum*

1) XXVI.
2) Heinze, p. 432.

regni; ferner aus einem andern Teile des Apologeticum (XV) ein Motiv entlehnt und etwas umgestaltet; im übrigen hat er aus Eignem hinzugetan ein paar verbindende oder ergänzende Aperçus: und, was ihm sehr wesentlich war, die Form des Ganzen.

Ut autem certius diiudicari possit, uter alterum compilaverit, ego exponam, quibus ambagibus necesse esset Tertullianum ad suam subtilem argumentationem pervenisse, si Octavii locum inspexisset eumque secutus esset.

Ex Oct. XXV, 8, 9 cum primum argumentum sumpsisset, prorsus alia deorum nomina atque ea unice ad propositum apta elegisset, vidisset hic non convenienter sermonem fieri de bello [1]; verba, q.s. Iuno nunc Argiva, nunc Samia, nunc Poena, minus accommodata esse [2]; eo quod Minucius matrem Idaeam nominasset, adductus esset, ut ingeniose eam Romae favisse faceret, cum providisset Romanos Troiae interitum ulturos esse.

De altero et tertio argumento apud Minucium ne verbo quidem mentio facta est: haec ergo ipse finxit.

Quartum rursus ex eius libro sumere potuerat. Attamen debebat diligentissime ea omittere, quae Minucius e Ciceronis de re publica l. III parte amissa, postquam sumpsit, [3]), cum suis arte coniunxerat et prorsus miscuerat.

Tum iis, quae Minucius de stupris virginum Vestalium et sacerdotum dixerat, quamvis apta essent ad demonstrandam

---

1) Scil. quia ii dei longe antequam eorum patria cum Romanis bellum gereret, Romae colebantur. Cfr. Heinze, o.l., p. 429, 430.

2) Quaeritur enim, quinam sint Iunonis homines: Argivi, aut Samii, aut Poeni. Cfr. Heinze, o.l., p. 431.

3) Scil. omnia, quae de Romanorum iniustitia a Minucio dicta sunt.

Romanorum impietatem, omisisset atque e duobis verbis Minucii, quae sunt *deo dispensante,* profectus ea scripsisset quae de deo unico et vero c. XXVI dicit. Perspexisset sagacissime haec a Minucio non apte coniuncta esse cum iis, quae antecedunt[1]). Tum ei in mentem venisset, ut sua argumenta ita collocaret, ut eodem modo se exciperent atque apud Minucium p. 12 excipit p. 11. Denique rursus alia exempla regnorum attulisset.

Ne ille esset philologorum et simul scriptorum longe primus, qui tam sagaciter de alio scriptore iudicaret, tam accurate ex eius argumentatione ea eligeret, quae ad propositum unice apta essent, cetera ad unum omnia reiceret. Sed non dubito, quin unusquisque statim concedat fieri non potuisse, ut Tertullianus Minucium secutus illam insignem argumentorum catenam necteret; id quod facile perspicitur, si comparamus verba Heinzii, quae supra laudavi. Nam Minucium ita egisse et per se fide dignum est et maxime convenit cum Minucii scriptoris consuetudine.

Ad ea, quae dixi, accedit, quod sub no. 10 ostendi Octavii c. XXV, p. 11 pendere ex Apologetici c. XV, 7, unde non prorsus inepte a Minucio sumpta est ad demon-

---

1) Oct. XXV, 12. Cfr. Heinze, p. 431, a. 3; et tamen, falsch aufgefaszt z. B. von A. de Marchi, Apologisti Cristiani (Mail. 1907), p. 126: antitesi che si ricollega al concetto precedente, del dominio ottenuto dai Romani sul mondo. Vgl. Hermes 33 (1898) p. 474; Dombart in seiner Ausgabe des Octavius met Übersetzung (²1881) p. 127: auch abgesehen davon, übrigens, vgl. Sall. Iug. 39. 2. Blätter f. das bayr. Gymnasialschulwesen IX S. 289; Iwan Müller, Litt. Centralblatt 1874 S. 825.

Cfr. praeterea: Waltzing, comm.: d'ailleurs. Voy. 11. 8.

Valmaggi ad XI: 8: et tamen = ceterum.

strandam Romanorum impietatem. Non enim ad bellum attinet, ut reliqua omnia apud Minucium. Cf. p. 59, adn. 1.

17. Ap. XXVIII, 4 — Oct. XXIX, 5. [1]

18. Ap. XXXIII, 1 — Oct. XXIX, 5. [2]

19. Ap. XXXIII, 3 — Oct. XXI, 10. [3]

20. Ap. XXXIX, 7, 8 — Oct. XXXI, 8. [4]

21. Ap. XXXIX, 21 — Oct. XXXI, 6. [5]

22. Ap. XXXVIII, 4 — Oct. XXXVII, 11. [6]

23. Ap. XLII, 6 — Oct. XXXVIII, 3. [7]

25. Ap. XLVI, 7—16 — Oct. XXXVIII, 5. [8]
Cfr. Oct. XIX, 3—15; XX, 1, 2;
XXVI, 9, 12; XXXIV, 2, sqq.

25. Ap. XLVI, 8 — Oct. XIII, 4. [9].

---

1) Ebert, p. 352, a. 1; Heinze, p. 433, a. 2.
2) Heinze, p. 440, a. 1.
3) Heinze, p. 440, a. 2.
4) Heinze, p. 451, a. 1.
5) Heinze, p. 452, a. 1.
6) Heinze, p. 459, a. 1.
7) Heinze, p. 459, 460.
8) Heinze, p. 469, a. 2.
9) Ebert, p. 368; Hartel p. 361; Schulze, p. 493; Schwenke, p. 268; Reck, p. 108; Massebieau, p. 334; Wilhelm, p. 11; Agahd, p. 54; Heinze, p. 472, a. 2.

26. Ap. XLVIII, 1 — Oct. XXXIV, 7. [1])

Loci, quos sub no 17—26 attuli, parvi aut nullius momenti sunt ad certum iudicium faciendum. Heinze ipse bis tantum diiudicat [2]), nihil aliud autem ostendit nisi Minucium minus concinne, magis concise scripsisse quam Tertullianum.

27. Ap. XLVIII — Oct. XXXIV, 9 — XXXV, 3. [3]).

Hi loci maximi sunt momenti. Ex multis, quae Heinze dixit, unum praesertim dignum est, quod consideretur.

Tertullianus praefracte negat corpora inter mortem et resurrectionem existere: ut homines nihil erant antequam nati sunt, ita nihil eos futuros post mortem; resurrectionem esse alteram creationem. Per totum caput ea opinione illum imbutum esse apparet; exempla, quae affert, apta sunt ad eam solam illustrandam.

Minucius non item. Primo quidem in eundem modum loquitur ac Tertullianus, scil. c. XXXIV, 9 [4]), deinde dicit: „Tu perire et deo credis, si quid *oculis nostris hebetibus* subtrahitur? Corpus omne sive arescit in pulverem sive in umorem solvitur vel in cinerem comprimitur vel in nidorem tenuatur, subducitur nobis, sed *deo elementorum custodi* reservatur."

---

1) Kroll, Rhein. Mus. 60, (1905), p. 309; Waltzing, Musée Belge X (1906), p. 266; Heinze, p. 475, a. 1.

2) Sub n⁰ 20 et 23.

3) Ebert, p. 375, 376; Hartel, p. 364, 365; Schulze, p. 495; Wilhelm, p. 67—71; Heinze, p. 477—480.

4) Heinze, o. l. p. 478: wo ihm der Gedanke wirkungsvolle Antithesen liefert: hominem .... reparari.

Quibus verbis proxime accedit ad Graecos apologetas [1]). Inter exempla, quae Graecos secutus ad confirmandam suam sententiam affert, invenitur exemplum arbustorum, quae post senium frondescunt, arborum, quae in hiberno occultant virorem ariditate *mentita* [2]); quae exempla Tertullianus certe non sine causa omisit.

Iterum invenimus Minucium primo cum Tertulliano congruere, deinde cum Graecis apologetis. Si usquam, certe hoc loco apparet eum tam Tertullianum quam Graecos secutum esse. Nam si suo iudicio usus, cum fortasse eum offenderet Graecos operam dare, ut sciscitarentur, ubi corpus esset post mortem, ipse excogitavisset hominem post mortem nihil esse, fieri non potuit, ut postquam ita iudicavit, statim diceret corpus post mortem reservari, et exempla afferret ad hanc opinionem illustrandam.

Cetera, quae Heinze dixit, omitto, cum ea, quae antecedunt, iam sufficiant ad thesin demonstrandam.

28. Ap. L, 2 — Oct. XXXVII, 1. [3]).

29. Ap. L, 4, 5 — Oct. XXXVII, 3. [4]).

---

1) Cfr. Tatiani Orat. ad Graecos, c. 6: *κἂν πῦρ ἐξαφανίσῃ μου τὸ σαρκίον, ἐξατμισθεῖσαν τὴν ὕλην ὁ κόσμος κεχώρηκε· κἂν ἐν ποταμοῖς κἂν ἐν θαλάσσαις ἐκδαπανηθῶ, κἂν ὑπο θηρίων διασπασθῶ, ταμείοις ἐναπόκειμαι πλουσίου δεσπότου. καὶ ὁ μὲν πτωχὸς και ἄδικος οὐκ οἶδεν τα ἀποκείμενα, θεὸς δὲ ὁ βασιλεύων, ὅτε βούλεται, τὴν ὁρατὴν αὐτῷ μόνον ὑπόστασιν ἀποκαταστήσει πρὸς τὸ ἀρχαῖον.*

Theophili Ad Autol. I, 13.

2) XXXIV, 11.

3) Schwenke, p. 274, 275; Wilhelm, p. 30—34; Heinze, p. 482, a. 1.

4) Heinze, p. 482, a. 2.

Hi loci minoris momenti sunt ad certe diiudicandum.

Omnibus fere locis, quibus similitudo est inter Minucium et Tertullianum, recensitis iam apparuit thesin, quam Heinze sustinet, certissimis argumentis niti. Nusquam inveni eos, qui putent Minucium esse priorem, via ac ratione procedentes thesin suam ita demonstravisse, ut nihil dubii reliquum esset. Quae vero Heinze dixit, magnam partem recte se habere comperisse mihi videor; interdum ea confirmavi et novis argumentis auxi)[1].

1) Postquam haec scripsi, mihi in manus venit disputatio, quam scripsit v. d. J. Stiglmayr: Zur Priorität des „Octavius" des Minucius Felix gegenüber dem „Apologeticum" Tertullians; Zeitschrift für katholische Theologie, II Quartalheft, 1913 p. 221—243.

Hic in altera parte operis sui de Heinzii libro iudicium facit ostendens multa ab illo minus recte dicta esse. Attamen ex undecim locis, quos tractat, septem parvi aut nullius momenti duxi; in tribus ea argumenta refellere conatur, quae ego minus valida putavi; una sola adnotatione plane iis oppugnat, in quibus Heinzio assentior. Dicit enim p. 229, a. 1: Beachte übrigens, dasz *Justinus* auch schon *beide* Gesichtspunkte hervorkehrt (Apol. I 55). Cfr. quae sub n^0 12 dicta sunt. In animo habuisse videtur Iustini verba q. s. θεούς ... ἐπονομάζετε. Haec autem eodem pertinent, quo cetera quae Iustinus affert, scil. crucem potestatis signum esse. Ex his duobus verbis minime elici potest paganorum religionem crucis signo formari. Ceterum concedit Stiglmayr Minucium argumenta prorsus discrepantia coniungere.

V. d. C. Synnerberg in libello, cui titulus: Die neuesten Beiträge zur Minucius-Litteratur (Helsingfors, 1914) de Heinzii opere iudicans duos tantum locos tractat atque eos, quos ad certum iudicium ferendum inutiles esse putavi.

Tam Stiglmayr quam Synnerberg suo exemplo confirmant ea quae p. 19 et 20 huius disputationis dixi.

In quarta operis sui parte Stiglmayr conatus est ex Octavii locis, quos ad certas res pertinere contendat, ostendere Minucium esse

Quae cum ita sint, nemo non concedet viam patefactam esse ad quaestionem, quando Minucius scripserit, solvendam. Nam si dialogus Octavius pendet tam e Tertulliani Apologetico quam e Iustini, Tatiani, Athenagorae, Theophili, aliorum fortasse, qui iisdem temporibus vixerunt, apologiis, scriptus est post annum 197. Simul apparet Lactantium aut noluisse temporis ordine enumerare apologetas Latinos, qui ipsum praecessissent, aut cum voluerit deceptum esse, ex

---

priorem. Putat c. XXIII, p. 1 (W.) pertinere ad Isidis sacra a Commodo celebrata. Atqui suam ipse argumentationem frangit dicens p. 242: Kaiser Caracalla hob den Isiskult aufs neue, da er ihn *intra pomerium* feiern liesz. Tum diiudicari non potest, utrum Minucii verba, si omnino ad certas res referenda sunt, ad Commodi an ad Caracallae sacra pertineant. Quodsi ad Caracallae sacra spectant, non impediunt, quominus putemus Minucium scripsisse post Tertullianum. Praeterea putat fieri vix potuisse, ut Minucius post Tertulliani de pallio librum scripsisset Christianos non habitu sapientiam sed mente praeferre (XXXVIII, 6). Tertullianus vero minime pallium sumpsit, ut philosophus haberetur: disertis verbis dicit non solos philosophos pallio vestitos esse. Cfr. de pallio VI (Oehler, p. 955, 956): Viderit nunc philosophia, quid prosit; *nec enim sola mecum* (cum pallio) *est* .... *Melior iam te philosophia dignata est, ex quo Christianum vestire coepisti.*

Tertia operis parte ait, p. 233: Unter der Voraussetzung, dasz Minucius Felix erst nach dem Erscheinen von Tertullians Apologeticum geschrieben und es benützt habe, ergeben sich mehrere Erwägungen, welche unerklärbaren Schwierigkeiten Tür und Tor öffnen. Has difficultates enumerat: Minucium perpauca de Christo dicere, cum Tertullianus longum caput de eo scripserit, item de cruce, de maiestatis crimine, de aliis argumentis. Difficultates esse non nego, sed in altera meae disputationis parte spero me eas explicaturum esse. Porro hae non minus impedirent, quominus putaremus Minucium post Iustinum scripsisse atque eum secutum esse, id quod ne Stiglmayr quidem negat, immo dicit p. 235, a. 2: *Minucius* entlehnt diese Züge aus *Justin.*

quo sequitur Hieronymi testimonio minime obtrectandum esse.

Hieronymi autem testimonium maximi momenti esse ad Minucii aetatem accuratius definiendam docuit humanistae cuiusdam Veronensis, cui nomen Guglielmo da Pastrengo, liber de illustribus viris scriptus [1]). In prima parte eius libri descripta legitur vita Minucii Felicis his verbis:

„Minucius Felix quem beatus Ieronimus in Esaia inter eloquencie commemorat flumina *Alexandri imperatoris tempore* Romae insignis causidicus scripsit dyalogum Xpiani et Ethnici disputantis, qui inscribitur Octavius. Fertur et alius sub eius nomine qui de fato vel contra Mathematicos dicitur. Qui et si diserti videtur hominis scilicet comparatione superiori congrue (*aut* congruere) non videtur. De quo etiam Lectancium in scriptis suis mentionem facere beatus scribit Ieronymus."

Verba q.s. *Alexandri imperatoris tempore* nusquam alibi inveniuntur. V. d. F. Ramorino [2]), postquam philologus Germanus, cui nomen P. von der Mühl eum de Wilhelmi Pastrengii libro monuit, inquisivit, an in Hieronymi codice Veronensi, quo Herding in editione Hieronymi Teubneriana usus non est, invenirentur, sed frustra. Tum ei in mentem venit quaerere, utrum Hieronymus in libro, quem de viris illustribus Suetonium secutus scripsit, aeque ac Suetonius ordinem temporis in enumerandis scriptoribus servavisset necne. Comperit Hieronymum deinceps series scriptorum proferre, qui sub iisdem principibus vixerunt; Minucium

---

1) Typis descriptus est a. 1547. Titulus est: *de viris illustribus et civitatibus* aut *de originibus rerum.*

2) C.f.r. Minucio Felice e Tertulliano. Nota biographica-cronologica. Didaskaleion I (1912), Fasc. II, p. 125—139.

autem posuisse inter eos, qui vixerunt Elegabali, Alexandri Severi, Maximini, Gordiani temporibus, aliquanto post Tertullianum, ante Cyprianum, ut merito videatur conclusisse his verbis: L'aggiunta di Guglielmo da Pastrengo *Minucius Felix Alexandri imperatoris temporibus Romae insignis causidicus* è adunque perfettamente ragionevole, e donde che abbia tolta questa notizia si puo ben dire che ha colto nel segno. Minucio deve aver scritto nel 2⁰ o 3⁰ decennio del 3⁰ secolo; spostarne l'età al tempo degli Antonini, anzi fino al 150 sotto Antonino Pio è un violentare tutte le probabilità che vengon fuori dal De viris di Gerolamo.

Nos addimus non minus ab Hieronymi operis indole alienum esse Minucium ante Cyprianum afferre, si post eum scripsisset. Nam eum tribus locis [1]) Minucium post Cyprianum nominare nihil refert, quia iis locis ordinem temporis non nimis curat. Cfr. Epist. ad Heliodorum, ubi non solum Minucium post Cyprianum, sed etiam Arnobium post Lactantium, eius discipulum collocat. Et alioquin constat Minucium ante Cyprianum scripsisse. Si enim post eum scripsisset aut propius accederet ad persecutiones Decianas, quarum ne vestigium quidem in eius libro deprehenditur [2]), aut propius ad Lactantium [3]).

Nihil ergo nos impedit, quin fidem habeamus Hieronymo Minucium medium fere collocanti inter Tertullianum et

---

1) Comment. in Isaiam prophetam VIII, praef.; Epist. ad Pammachium; Epist. ad Heliodorum.

2) Fere omnes, qui de Octavio iudicium tulerunt, consentiunt eum scriptum esse temporibus, quibus Christiani vulgo non vexabantur. Persecutio sane antecesserat, sed illis Decianis valde dissimilis.

3) Cfr. p. 13 huius operis.

Cyprianum, ex quo sequitur, ut scripserit circa annum 225 vel 230 Alexandro Severo regnante, sine dubio aliquanto post Septimium Severum et ante Maximinum Thracem, qui ambo Christianos acriter vexaverunt [1]).

1) Tractatus, qui inscribitur: Quod idola dii non sint, quem non constet a Cypriano scriptum esse, nihil iuvat ad quaestionem solvendam. Neque verborum similitudines, quae hic illic intercedunt inter Octavium et Cypriani opera (cfr. praesertim Oct. XXXVIII, 6: non eloquimur magna, sed vivimus, et Cypr. de bono patientiae 3: non loquimur magna, sed vivimus; Oct, XXVII, 5 et Ad Demetr. XV, p. 361, l. 19 sqq. H.) magni momenti sunt. Ex iis enim non licet diiudicare, uter prior scripserit.

PARS ALTERA.

DE GENERE ET NATURA OPERIS MINUCII, QUOD INSCRIBITUR OCTAVIUS.

CAPUT I: QUID SIT, QUOD QUAERITUR.

In prooemio indicavi quaestionem ipsam, quam me tractaturum professus essem, accuratius circumscribi et profligari vix posse, nisi antea statutum esset, quae ratio inter Minucium et alios apologetas intercederet [1]). Hanc ob rem non dubitavi multum tempus consumere in Minucii aetate et fontibus studiose investigandis [2]). Postquam demum fontes invenisse et aetatem satis definivisse mihi visus sum [3]), iam transeo ad quaestionem habendam, cur Minucius multo minus de doctrina Christiana loquatur, quam in fidei Christianae defensore expectes.

Idem v. d. Ebert, qui omnes vias monstravit, quas posteri inierunt ad Minucii fontes et aetatem inquirenda, primus eam quaestionem commovit. Eos, qui antea de Minucio scripserunt, non latuit multa in Octavio desiderari, quae

---

1) Cfr. p. 6—9.
2) Cfr. p. 12.
3) Cfr. praesertim p. 65 et 68.

inesse expectares, sed in ea re acquieverunt, atque ea utebantur argumento, quo ostenderent Minucium multo antiquiorem esse Tertulliano. Quod e. g. facit Muralt in commentationis, quam Minucii editioni praemisit [1]), argumentis secundo, tertio, quarto. Putavit Minucium multo ante Tertullianum scripsisse, cum Sacram Scripturam non laudet, tenuem fidei doctrinam ostendat, graves caerimonias nescire videatur. Ebert demonstravit futurum fuisse, si de saeculorum spatio quaestio fuisset, ut haec argumenta suam vim habuissent; cum e spatio viginti iam annorum tota res pendere possit, ea nihil valere [2]). Tum addit [3]): Auffallend bleibt es mir freilich, und wohl manchem Nichttheologen, dasz bei der Untersuchung der vorliegenden Frage von theologischer Seite jene Punkte so wenig einer gründlichen, erschöpfenden Erörterung unterworfen worden sind; von manchen der Fürsprecher der Priorität des Minucius werden sie nur gelegentlich erwähnt, von vielen ihrer Gegner gar nicht beachtet.

Quae verba movisse videntur v. d. A. Faberum. Nam initio eius de M. Minucii Felicis commentationis [4]), postquam Eberto se consentire dixit, profitetur se tractaturum esse quaestiones, quae dicuntur theologicae. Hoc fecit in

---

1) Commentatio de Min. Felicis aetate sive Argumenta IX, quae probent Apologeticum Minucianum non minus ante Tertullianeum quam ante Cypriani librum de vanitate idolorum esse scriptum, Turici, 1836.

2) Postea, nisi fallor, nemo iis argumentis usus est praeter v. d. J. van Wageningen. Cfr. p. 3, adn. 2.

3) O. l. p. 325.

4) A. Faber, De M. Minucio Felice commentatio, Progr., Nordhausen, 1872.

priore commentationis parte, cui titulus: *Qua ratione M. Felix in defendenda doctrina Christiana versatus sit.* Minucium igitur in numero apologetarum habere non dubitat, et cum aliis apologetis eum comparat. Qui Faberum secuti sunt, eadem via et ratione processerunt. Nec immerito, cum iam Lactantius, qui inter eos, qui de Minucio iudicium tulerunt, proxime ad eius aetatem accedit, Minucium adsertorem veritatis, licet minus idoneum, dicere videatur.

Hinc nobis quoque proficiscendum est, ut accuratius, quid id ipsum sit, quod quaeritur, definiamus. Cum autem iustam comparationem instituere in animo habeamus, necesse est non solum id, quod comparatur, sed etiam illud, quocum comparatur, penitus noscere. Quod si conamur, difficultas oritur. Quinam sunt apologetae, quibuscum Minucium conferre licet? Suntne inter se simillimi an ita discrepantes, ut cum singulis tantum conferre liceat? Quae ratio intercedit inter eos et Minucium?

Unusquisque iam videbit apologetas, qui aliquo tempore post Minucium scripserunt [1]), minime esse conferendos. Neque Minucius iis usus est, neque effici potest eos Minucio non usos esse. Quod ad Latinos attinet, veri simile est Cyprianum et Commodianum Octavium legisse, ne dicam de Lactantio [2]).

---

1) In priore parte vidimus Minucium Alexandri Severi fere temporibus scripsisse. Cfr. p. 68 huius operis.

2) Longissime a via aberravit v. d. O. Grillnberger (Jahrbuch für Philosophie und spekulative Theologie III, 1889, p. 104, 146, 260; Studien zur Philosophie der patristischen Zeit I, Der Octavius des M. Minucius Felix, keine heidnisch-philosophische Auffassung des Christentums), qui, ut Minucii doctrinam Christianam contra obtrectatores defendat, p. 111 testimonium affert non solum Lactantii, sed etiam libelli, cui titulus: Quod idola dii non sint.

Conferendi sunt ex iis, quorum scripta satis integra servata sunt Aristides, Iustinus [1]), Tatianus, Athenagoras [2]), Theophilus, Clemens Alexandrinus [3]), Tertullianus [4]). [5]).

Hi autem omnes in eodem ordine non sunt ponendi. Cfr. quae Heinze dixit [6]): Die Auseinandersetzung mit dem Heidentum hatte sich dort (in der griechischen Reichshälfte) wesentlich in zwei Formen vollzogen: die eine war die Flugschrift an die Hellenen .... als leitender Gedanke steht ein Vergleich zwischen Christentum und Heidentum, soweit wir sehen können, überall im Mittelpunkte; dagegen tritt die politisch-juristische Rechtfertigung ganz zurück, und von den Verfolgungen ist kaum die Rede. Der andere Typus ist der der Apologie, die sich an den regierenden Kaiser wendet .... Hier ist der Ausgangspunkt, wie bei jeder Verteidigung der Angriff, den die Verteidigung abwehren soll, also die Anklagen, die gegen die Christen erhoben werden, und ihre Verurteilung zur Folge haben; begreiflicherweise führt diese Verteidigung leicht dazu, die Vorwürfe des Angreifenden auf diesen zurückzulenken, und es fehlt denn auch in keiner uns erhaltenen Apologie das polemische Element.

Heinze iure duo genera apologiarum, quae dicuntur, distinguit: veras apologias, quibus causa Christianorum defenditur, et opera ad paganos scripta, quibus, ut Minucii

---

1) Apologia I, II. Quo tempore scripta, quae iniuria Iustino attributa sunt, in lucem sint edita, non constat.

2) Supplicatio sive legatio pro Christianis.

3) Protrepticus.

4) Ad nationes libri II; Apologeticum.

5) Apologias adversus Iudaeos quod ad argumentum attinet iure omitti vix opus est, ut commemorem. Cfr. p. 76, adn. 7.

6) O. l., p. 281—283.

verbis utar[1]), *utrumque vivendi genus* comparatur ita, ut alterum castigetur, alterum commendetur.

Inter eos, quos conferendos esse dixi, veras apologias scripserunt Iustinus, Athenagoras, Tertullianus[2]).

Minucium, quamquam ad alterum apologetarum genus pertinere videtur, imprimis pendere e Tertulliano, sine dubio Iustino usum esse, in priore huius disputationis parte vidimus[3]). Necesse est igitur eum cum utroque apologetarum genere comparari, prius cum Tertulliano, Iustino, Athenagora, deinde cum Aristide, Tatiano, Theophilo, Clemente. Minucium hos omnes praeter Aristidem et Clementem legisse veri simillimum est[4]).

Tertullianus, Iustinus, Athenagoras argumenta simillima tractant. In exordiis queruntur de iniquitate formae iudiciorum, quae contra Christianos exercentur. Tum refutant crimina Christianis illata atque ea in paganos retorquent. Denique petunt, ut integrum iudicium de Christianis fiat. Tertullianum argumenta plurima afferre, eaque scite in ordinem digerere Heinze clare ostendit, Iustinus et Athenagoras coniuncti fere idem praebent quod Tertullianus[5]).

---

1) Oct. V, 1.

2) Apologeticum. Ad nationes *I;* Cfr. Heinze, o. l., p. 285: bei Nat. weist der erste Teil des ersten Buches den rein defensorischen, und nur das zweite Buch den rein polemischen Typus auf.

3) Quod ad Iustinum attinet cfr. p. 46—49.

4) De Aristide nihil constat. Clementis Alexandrini Προτρεπτικὸς λόγος πρὸς Ἕλληνας quando scriptus sit, non constat. Cum autem neque Tertullianum neque Minucium eum secutos esse appareat, veri simile est eius scripta inter Latinos non ante innotuisse, quam Minucius scripsit.

5) Athenagoras solus facinora occulta, quae dicit Tertullianus, tractat, et ostendit deos homines fuisse, eorum simulacra inania esse; Iustinus fusius agit de prophetarum testimoniis, de daemonibus.

Ut argumentis inter se sunt simillimi, ita fere omnino congruunt quod attinet ad eas res, de quibus Muralt dixit. Putant suum officium esse quotiescumque ad causae defensionem accommodatum sit, liberrime atque uberrime ostendere, qui et quales Christiani, quae eorum fides et caerimoniae sint [1]). Quod ut testimoniis fulti faciant, Sacram Scripturam saepe laudant; saepe illos ea usos esse apparet. De doctrina Christiana tam Tertullianus quam Iustinus copiose disserunt, de caerimoniis praesertim Iustinus.

Unus Athenagoras Christi nomen nusquam affert; de Sermone vero, quem filium Dei nominat, quem cum Patre et Spiritu Sancto Christianos colere dicit [2]), multa disserit.

Minucii opus, quamquam multa argumenta cum Iustini Apologiis, Athenagorae Supplicatione, Tertulliani Apologetico communia habet, multis numeris discrepare manifestum est. Nam de iniquitate iudiciorum pauca ille quidem dicit [3]), sed ab ea initium non capit; crimina, quae ad mores Christianorum attinent, refutat, de iis, quae ad rem publicam attinent, pauca aut nulla verba facit. De Sacra Scriptura nusquam data opera loquitur, nusquam ex ea locos laudat, ut testimoniis causam confirmet; saepe ubi accommodatum videtur de doctrina copiosius disserere, aut

---

1) Iustinus, Apol. I, 3, 4: Ἡμέτερον οὖν ἔργον, κ. τ. λ. (cfr. p. 2 huius disputationis). Athenagoras, Suppl. I, 3: μηνῦσαι τὰ καθ' ἑαυτοὺς ἐπολμήσαμεν.

Tertullianus, Apol. 1, 2: Unum gestit interdum (causa Christianorum) ne ignorata damnetur. Cfr. XXI, 3: Sed et vulgus iam sciunt Christum ut hominem aliquem .... neque .... de deo aliter praesumimus. Necesse est igitur pauca de Christo ut deo.

2) Suppl. 10.

3) XXVIII, 1—4.

omnino tacet, aut paucis verbis rem absolvit [1]). Denique in fine operis non postulat, ut Christiani tolerentur aut certe non ignoti damnentur, sed agit de Caecilii conversione.

Quaeritur autem an Minucius cum altero apologetarum, qui vulgo dicuntur [2]), genere [3]) prorsus congruat. Ii quoque initium non capiunt ab iniquitate iudiciorum, neque crimina, quae ad rem publicam attinent, refutant. Sibi proposuisse videntur, ut paganos adhortarentur ad fidem Christianam. Cfr. inscriptio operis Clementis Alexandrini, qui est Προτρεπτικὸς πρὸς Ἕλληνας. Adhortantur autem eo, quod Christianos eorumque doctrinam cum paganis et eorum mythologia comparant. Tum necesse est eos de doctrina Christiana aliquantum copiose disserere. Itaque Aristides multa dicit de

---

1) Cfr. praesertim locos de Christo (XXIX, 2), ubi plus dicere minime ineptum fuisset.

2) De Aristide cfr. Heinze, o. l., p. 283, a. 1: Die *sogenannte* Apologie des Aristides. De Tatiano cfr. R. C. Kukula, Tatians *sogenannte* Apologie, exegetisch-chronologische Studie, Leipzig, 1900. Kukula putat Tatiani opus esse libellum, quo discipulos ad scholas, quas habiturus erat, arcessivit. De Clemente, cfr. Geffcken, o. l., p. 255: Clemens ist *nicht im eigentlichen Sinne* Apologet.

3) De Tertulliani ad nationes libris hic non agetur, cum ab Apologetico clare distingui non possint, nisi quod hoc opus magis elaboratum est. Cfr. Heinze, o. l., p. 284, 285: Waren nun schon bei den griechischen Vorbildern, wie wir sahen, jene beiden Typen nicht scharf von einander geschieden, so muszten sie sich noch näherrücken, wenn ein Schriftsteller beide fast gleichzeitig ausführte: Tert. hat so wenig darauf Bedacht genommen, sie entschieden gegen einander zu kontrastieren, dasz er nicht nur das Material, sondern auch die sprachliche Form, die er diesem in *ad nationes* gegeben, im Apologeticum guten Teils wieder verwandte. Praeterea certum est Minucium iis usum non esse. Cfr. p. 34, adn. 1.

Christi vita [1]); Tatianus copiose disserit de Sermone, de hominis lapsu et lapsus reparandi modo [2]); Theophilus, ut de Clemente taceam, historiam sacram narrat a creatione mundi ad dissipationem humani generis [3]). Huc accedit, quod minime dubitant Sacram Scripturam laudare, immo saepe ex ea locos aut laudant aut referunt. Clementem Alexandrinum etiam Sacra Scriptura imbutum esse patet [4]).

Denique nonnusquam de conversione loquuntur ceteri [5]), saepe ad conversionem adhortantur [6]); nemo autem, ut Minucius, in fine operis conversionem factam esse narrat. Neque Theophilus, qui libros suos ad paganum quendam, cui nomen Autolycus, mittere videtur, refert, quid attribuerint ad mentem Autolyci mutandam.

Iam vidimus Minucium ab iis apologetis, quos ante alios secutus est, maxime discrepare. Cum ceteris magis congruit; attamen ii omnes multo plus dicunt de doctrina Christiana, persaepe Sacram Scripturam laudant; Minucius solus conversionem narrat [7]).

---

1) C. 15.

2) C. 5, 7—9.

3) Ad. Autol. II, 10—32.

4) H. U. Meyboom, Clemens Alexandrinus en de Heilige Schrift (Theologisch Tijdschrift 43, V, p. 435—470), p. 435:

Is de belezenheid van Clemens Alexandrinus over het algemeen groot, 't zij dan door rechtstreeksch of door middellijk gebruik van bronnen, van bijbelstof zijn zijn geschriften als doortrokken.

5) Tatianus, Oratio, c. 29, 30.

6) Aristides, c. 17; Clemens passim.

7) Quod ad formam operis attinet, multum ab aliis differt. Apologiarum adversus Iudaeos autem magna pars item continetur dialogo, unde sequitur dialogi formam ab apologiis minime alienam esse.

Quaerendum est igitur primum, cur Minucius Tertulliano usus potius λόγον προτρεπτικὸν quam apologiam scripserit; deinde explicandum, unde illud, ut breviter dicam, *silentium* ortum sit; tertio quid sibi velit conversio Caecilii. Haec enim illius silentii ratione habita magis mira videtur. Nam postquam Octavius tam pauca docuit de Christiana fide, Caecilius tam pauca didicit, cur hic dicit de *sectae iam nostrae* sinceritate? [1])

---

1) Geffcken e. g. de hac quaestione ironice dixit (Deutsche Litteraturzeitung, 1911, No. 38, Sp. 2402): . . . die der Wirklichkeit doch kaum entsprechende schleunige Bekehrung des Heiden . . ., vergleichbar jenen sokratischen „Schnellkuren", die doch heute kein Mensch mehr dem Xenophon glaubt.

CAPUT II.

QUIBUS MODIS VIRI DOCTI QUAESTIONEM SOLVERE CONATI SINT.

Postquam Ebert quaestionem, quam capite I accuratius definivi, commovit, permulti viri docti variis modis conati sunt eam solvere[1]). Dum autem ancipite Marte certatur, utrum Tertullianus an Minucius prior scripserit, nemo quaesivit, cur Minucius magistrum suum secutus veram apologiam non composuerit; de conversione perpauci subtiliter egerunt; plerique contenti fuerunt Minucii silentium, quod dicitur, pro viribus explicare.

Cum de eorum conatibus iudicium facturus sim, necesse videtur diligenter cognoscere, quibus viis et rationibus processerint, quid eorum argumenta valeant.

Duae rationes imprimis discernendae sunt: altera eorum, qui putant Minucium in Octavio summam fidei suae Christianae exposuisse[2]), unde sequitur eum ideo „tacuisse," quod

---

1) Cfr. p. 7, adn. 4.

2) Cfr. e. g. R. Kühn, Der Octavius des Minucius Felix, eine heidnisch-philosophische Auffassung vom Christenthum, Inaugural-Dissertation, Leipzig, Rossberg, 1882, p. 56: Die Sätze (Oct. XXXVIII.4: quieti... vivimus) sind von Interesse. Sie erschliessen uns einen Einblick in sein ganzes Christenthum.

plus dicere non potuerit, cum nesciret, aut noluerit, cum non crederet; altera eorum, qui cum Minucium in numero orthodoxorum, qui vocantur, habeant, arbitrantur eum de iis rebus tacuisse, quae ad suum propositum minus essent accommodatae. Qui Minucio doctrinam fidei imperfectam aut haereticam adscribunt, adversarios reprehendunt, quod temere ponant eum multis iisque gravibus doctrinis credidisse, de quibus in opere suo omnino taceat[1]). Hi rursus illis obiciunt πρῶτον ψεῦδος [2]), quod temere putent Minucium omnia, de quibus taceat, nescire. Ipsos aiunt se esse „in possessione" [3]), cum Minucius se ipsum in Christianorum numero duxerit [4]), et patres, qui vocantur, ecclesiae in eundem modum de eo iudicaverint. Minucium ita de se iudicavisse omnes concedunt[5]); testimonia patrum a multis negleguntur aut in dubium vocantur.

Apparet duo quasi agmina inter se opposita esse, quae magna contentione pugnant. Nec iniuria, cum gravis res agatur, quae non ad Minucium solum, sed ad historiam ecclesiae omnino pertinet. Nam si demonstratum erit Minu-

---

1) Kühn, o. l. p. VII: Man trat mit einseitig christlich-theologischem Interesse an die Apologie heran und setzte in dem feingebildeten Apologeten von vorn herein auch eine christliche Durchbildung voraus, wie man sie wenigstens bei den griechischen Apologeten anzunehmen pflegte. Adn. ** Characteristisch dafür ist, dasz P(aul) de F(élice) den discours d'Octavius, d. h. Referat und Kritik gleich mit den Lücken beginnt, die er in denselben bemerkt hat.

2) O. Bardenhewer, Geschichte der altkirchlichen Litteratur, I[1], 1902, p. 230.

3) Cfr. e. g. G. J. J. Louwerens, M. Felix een Modernist? Nijmegen, Malmberg, 1913, p. 5, 67.

4) Cfr. e. g. Oct. XXIX,2: religioni nostrae.

5) Cfr. e. g. Kühn, o. l., p. 61: Dass ... der Apologet ... glaubt, als guter Christ zu handeln, beweist ...

cium, qui Christianum se dixerit et ab aliis magnae auctoritatis viris habitus sit, summam Christianae doctrinae nesciisse, videbitur doctrina Christiana tertio saeculo post Christum natum nondum tam perfecta atque coalita fuisse, quam vulgo conicitur.

Cum autem in universum cum iis faciam, qui putant Minucium *consulto* „tacuisse" [1]), prius conabor eorum adversarios refellere.

Qui coniciunt Minucium in Octavio universam suam fidem exposuisse, consentiunt eum fide Christiana partim imperfecta partim haeretica ideo imbutum esse, quod imprimis e philosophia pagana suam doctrinam hauserit, id quod diligenter demonstrare conatus est v. d. Kühn [2]). Is Harnackio iudice quaestionem subtilissimam habuit et ad exitum adduxit [3]). Re vera nemo postea grave quid adiecit, neque Baehrens [4]), qui dicit Minucium, „cum Christum hominem tantum esse putaret et miracula Christo a vulgo attributa ipse aut non approbaret, aut non cognita haberet, aliquatenus praecessisse Straussios nostros Renanosque"; neque van Wageningen, qui in universum cum Kühnio consentiens de Christologia, quae dicitur, Minucii nova et mira quaedam

1) Cfr. prooem., p. 3.
2) Cfr. p. 78, adn. 2.
3) Harnack, Theol. Litteraturzeit., 1883, Sp. 122: Referent glaubt sagen zu dürfen, dass der Verf. sein Thema wirklich erschöpft, und, einige Übertreibungen abgerechnet, die Untersuchung des Problemes so tadellos geführt hat, dass ihn nicht so leicht ein Zweiter überholen wird.
4) O. l., p. XII.

profert [1]; neque Elter, qui suam opinionem non satis elaboravit [2].

Harnack duas res in Kühnii opere tractatas iure distinguit: argumentationem copiosam et subtilem, qua demonstrat Minucium a philosophorum praesertim Stoicorum doctrina omnino pendere, et eius rei interpretationem, quam mutuatus est a v. d. Th. Keimio. Keim coniecit Minucium recens Christianum factum primo fidei ardore conatum esse religionem, quam vix cognosceret, defendere [3]. Ei assensus est Kühn atque fortiter contendit Minucium ab aliis apologetis prorsus discrepare [4]. Harnack et Rehm [5] de Kühnii opere iudicium facientes hanc opinionem nullo modo probaverunt: Harnack in Kühnium quadrare putat illud Horatianum: quandoque bonus dormitat Homerus. Opinionem Kühnii ideo videtur nullius pretii habere, quod

---

1) Theol. Tijdschrift, 46e Jaargang (Nieuwe Reeks, 4e Jaargang), 1912, pp. 217—234; p. 225: Onder al deze meeningen komt mij die van Kühn de meest aannemelijke voor.... Doch wat de Christologie aangaat, heb ik mij over den schrijver van den Octavius een van Kühn en anderen afwijkende meening gevormd,....

2) Existimavit ex Oct. XIV, 1 effici posse Minucium re vera fuisse philosophum Cynico-Stoicum, Cfr. o. l. p. 36—63.

3) Th. Keim, Rom und das Christenthum, hgg. von H. Ziegler, Berlin, Reimer, 1881, p. 472: Als Produkt eines Neubekehrten hält sich das Buch im Ganzen an der Oberfläche.

4) Cfr. o. l. p. 63: Damit werden wir mit hoher Wahrscheinlichkeit zu der schon von Keim ausgesprochenen Ansicht geführt, in Minucius Felix einen *Neubekehrten* vor uns zu haben....

p. VIII.... sehen wir in der Schutzschrift des Minucius Felix, im Besonderen in der Rede des Octavius, zunächst nichts anderes als einen *Ausdruck der persönlichen Auffassung ihres heidnisch gebildeten Verfassers.*

5) Rehm, Philol. Rundschau, III, 1883, N°. 38, Sp. 1200—1208.

e praefatione Octavii appareat Minucium longo tempore postquam Christianus factus est scripsisse. Ita enim solent viri docti Keimii opinionem refutare. Haec vero argumentatio nullam habet vim adversus Kühnium, quippe qui opinetur totum prooemium fictum esse [1]. Sin vero consideramus Minucium diligenter legisse Iustini Apologias et Tertulliani Apologeticum, statim apparet eius „silentium" e mera inscientia explicari non posse. Quod ad Christologiam e. g. attinet, cfr. quae Heinze dixit [2]: ... man bemerkt..., dasz ... das Mysterium von dem in Fleischesgestalt erschienenen, gestorbenen und auferstandenen Gott Christus für Tert., ganz wie für Iustin, im Mittelpunkt des Glaubens steht.

Gravis autem causa est, cur Harnack et Rehm opinionem Keimii et Kühnii spernantes reiciant. Putant enim Minucium unum esse e multis, quorum doctrina Christiana vix minus imperfecta atque tenuis fuerit. Harnack ait [3] *omnes* apologetas philosophia imbutos placita philosophorum mutatis mutandis retinuisse, cum Christiani fierent [4]. Quodsi vero

1) O. l., p. 5, a*: Der Eindruck entsteht, als sei dieser Tod (des Octavius) und diese Freundschaft weniger Wiedergabe einer Thatsache als vielmehr Produkt künstlerischer Fiktion.

2) O. l., p. 389.

3) L. l., Sp. 125: Die Formel: ‚das Christenthum ruht (nach M.) seinem Wesen nach *im Innern* des Menschen und die Sünde-wenn überhaupt von dieser zu reden-kommt in den Dämonen von auszen' — ist richtig, zeigt aber zugleich, dass zwischen Minucius und den übrigen Apologeten kein Zwiespalt herrscht.

4) Rehm, l. l., Sp. 1207: Ich kann mir.... diese Frage (Minucius' dürftige Christologie) nur so gelöst denken, dass Minucius aus einem Gedankenkreise heraussprach, der *damals* noch für christlich galt und in welchem die christologischen Fragen in den Hintergrund traten, die von Octavius so warm verteidigten philosophischen sich hervordrängten.

Kühnii argumenta minus valida esse apparuerit, Harnack non amplius eadem fiducia de sua opinione contendere poterit: Das ist eine Tatsache [1]).

Transeamus ergo ad Kühnii argumentationem diligenter aestimandam [2]). Kühn operam dat, ut demonstret Minucium sua hausisse e philosophorum paganorum doctrinis, atque hanc ob rem fere nihil amplius de Christiana fide tradidisse, quam ex iis derivari liceat, et hic illic eorum exemplo adductum haereticas opiniones protulisse.

Quibus in rebus Harnack et Rehm eum nimium quidem fuisse arbitrantur, sed in universum cum eo faciunt. V. d. O. Grillnberger [3]) verbosa disputatione ostendere conatus est easdem opiniones, quas Kühn reprehendit, apud patres ecclesiae saepissime inveniri. De eius opere iustum iudicium tulisse mihi videtur A. Ehrhard his verbis [4]): Die Frage ist schwieriger, als sie der Verfasser empfunden zu haben

---

1) L. l., Sp. 126.

2) De iis, quae Baehrens, Elter, van Wageningen protulerunt suo loco agetur inter ea, quae de Kühnii opere dicturus sum.

V. d. H. Dessau ut Minucii „silentium" explicaret ait illum cum Caecilio Natali pertinuisse ad sectam Theodoti, qui negavit Verbum Divinum. Quae explicatio cum nitatur coniectura supra (p. 14) relata — Dessau putavit Caecilium dialogi eundem esse atque Caecilium Natalem Cirtensem magistratum et Natalem (confessorem et Theodotianum) de quo dicit Eusebius, Hist, eccl. V, 28, sqq. — ea coniectura reiecta (cfr. p. 14.) falsam esse illam explicationem apparet. Praeterea non omnia explicat. Cfr. Waltzing, Musée Belge, X, 1906, p. 271—276.

3) Cfr. p. 71, adn. 2.

4) Strassburger Theologische Studien, Erster Supplementband, 1900: Die altchristliche Litteratur und ihre Erforschung von 1884—1900, 1e Abteilung. Die vornicänische Litteratur, von A. Ehrhard, p. 292.

scheint, und mit paralellen Citaten aus späteren Kirchenvätern wird sie jedenfalls nicht gelöst. Praeterea saepe imprudens Harnackii et Rehmii causam defendit. Altius penetravit v. d. V. Carlier [1]), sed singulas quaestiones separatim tractat [2]).

Postquam demonstratum est Minucium a Tertulliano et Graecis apologetis, qui ante Clementem scripserunt, pendere, status quaestionis prorsus mutatus est [3]). Nam primum verba, quae Kühn commentationi suae praemisit: Es ist selbstverständlich, dass im dem Anschauungskreise eines so fein gebildeten und erst so spät zum Christentum bekehrten Heiden das Heidnisch-Philosophische das Prius ist.... zumal wenn.... die christliche Bildung nur beweislos *angenommen* wird, non amplius in Minucium temere accommodari possunt. Tertulliani et Iustini et Theophili scripta tantum Christianae doctrinae continent, ut qui ea attente legerit, eam philosophorum placitis aequo saltem iure componere didicerit.

Opus est deinde gravius argumentari, si quis efficere vult

1) Musée Belge, I, 1897, Minucius Felix et Sénèque, par V. Carlier.

2) Cfr. F. X. Burger: Minucius Felix und Seneca, München, Beck, 1914, p. 37:

Was die Ausführungen Carliers im allgemeinen betrifft,... so musz anerkannt werden, dasz der belgische Gelehrte mit Recht gegen die Einseitigkeiten und Übertreibungen Kühns und Baehrens Stellung nimmt. Wer aber die philosophische und theologische Seite unserer Frage erschöpfend behandeln will, der musz m. E. die ganze Sache in einen gröszeren Zusammenhang stellen. Man wird nicht, wie Carlier tut, die beiden Autoren so ziemlich isoliert betrachten dürfen.

3) Cfr. Heinzii o. l. p. 469, a. 2 (p. 470): Auch die tüchtige Arbeit von R. Kühn, Der Octavius des M. F., etc. Lpz. 1882, nimmt den Min. als Philosophen durchweg zu ernst; *leider war der Verf. noch in dem Glauben an Min. Priorität befangen.*

Minucium a magistro suo Tertulliano, quem saepe temere sequitur, consulto discessisse.

Deinde possumus scripta Tertulliani, Iustini, aliorum conferre, ut consideremus, quem ad modum Minucii temporibus Christianis salva fidei summa suis scriptis placita philosophorum recipere liceret. Cum enim idem Iustinus, qui hic illic Platonem magis sequi videtur, quam Sacram Scripturam, alias ostendat se per Christum salutem quaerere [1]; cum idem Tertullianus, qui Stoicos secutus Deum corporalem dicere videtur [2], Apol. c. XXI Christi vitam secundum Euanggelia narret, oportet demonstrari Minucium multo magis philosophos sequi, si quidem quis efficere vult fieri non posse, quin Minucius aeque atque illi Christum novisset, Christo crederet.

Denique multum ad recte de Minucio philosopho iudicandum proficiet, si accuratius noverimus indolem scriptoris Minucii. In priore huius disputationis parte vidimus eum saepe ea, quae a Graecis mutuatus est et ea, in quibus Tertullianum secutus est, quamquam inter se repugnant, specie quidem, ut erat stili artifex, coniunxisse, discrepan-

---

1) Audiatur O. Bardenhewer, Geschichte der altchristlichen Litteratur, I², 1913, p. 250: In jüngster Zeit mehrt sich die Zahl vermittelnder Stimmen... Allerdings sei Justin Christ mit allen Fasern seines Herzens, gleichwohl aber habe er als Philosoph, weil er vielfach an der Oberfläche haften blieb und von äuszeren Analogien sich gefangen nehmen liesz, ohne es zu wissen und zu wollen einen gewissen Platonismus in das Christentum hineingetragen.

2) Cfr. G. Rauch, Der Einflusz der stoischen Philosophie auf die Lehrbildung Tertullians, Inaugural-Dissertation, Halle a. S. 1890, p. 43—45.

G. Schelowsky, Der Apologet Tertullianus in seinem Verhältnis zu der griechisch-römischen Philosophie, Inaugural — Diss., Leipzig, 1901, p. 65.

tiam vero aut non animadvertisse aut neglexisse. Quod cum ita sit, mirum non est eum nonnusquam discrimina inter philosophorum placita, quae profert, et doctrinam Christianam, si quam habuit, non perspexisse aut leviter transiluisse. Tum non licet e placitorum, quae cum fide non congruunt, mentione temere derivare eum a regula fidei, quam vocat Tertullianus, discessisse. Praeterea apparet Kühnium (et Grillnbergerum in refutatione) eo, quod singulos locos deinceps tractaverunt, eodem modo peccavisse atque eos, qui e singulis sententiis demonstrare conati sunt aut Minucium aut Tertullianum prius scripsisse. Necesse est de singulis argumentis totum opus consulere. Hanc ob rem deinceps inquiram, quae ratio intercedat inter Minucium et philosophos paganos; quos cognoscendi fontes ponat; qua divinitatis opinione imbutus esse videatur; quid de Christo, de Spiritu Sancto dicat; quid de homine, de peccato, de gratia, de religionis indole, de resurrectione, de iudicio extremo, de vita aeterna sentiat. Haec omnia hactenus tractare in animo habeo, ut viam patefaciam ad diiudicandum, utrum ex iis, quae Minucius dixit, derivari possit eius doctrinam Christianam aut imperfectam aut haereticam fuisse, necne.

Imprimis autem quaerendum est, utrum Minucius Christianos in eodem genere, quo philosophi pertineant, ponat annon. Kühn ait eum Christianos plane philosophos dixisse his verbis [1]: Exposui opiniones omnium ferme philosophorum, quibus inlustrior gloria est Deum unum multis

---

1) Oct. XX, 1.

licet designasse nominibus, ut quivis arbitretur, *aut nunc Christianos philosophos esse aut philosophos fuisse iam tunc Christianos.*[1]). Atqui deceptus est figura rhetorica, qua Minucius Platonem fortasse secutus[2]) suam dictionem ornavit. Nam paulo ante[3]) scripta leguntur haec verba: „Eadem *fere et* ista sunt quae *nostra* sunt"; paulo post[4]): „non nos debet antiquitas imperitorum .... ad errorem .... rapere, cum philosophorum *suorum* sententiis refellatur." Apparet Minucium ne hoc quidem loco oblitum esse agi *de utroque genere vivendi*[5]), se ad alterum genus pertinere, Caecilium et antiquitatem imperitorum et philosophos ad alterum. Quam non e c. XXI, 1 derivari liceat Minucium Christianos plane philosophos dixisse, perspicitur, si conferimus c. XVII, 11, ubi testimonio vulgi relato exclamat: „Vulgi iste naturalis sermo est an *Christiani* confitentis oratio." Nisi forte quis putat Minucium se vulgo aequare. Sed uno ordine exhibet testimonia vulgi, poetarum, philo-

---

1) O. l., p. 30: Minucius schlieszt den Abschnitt gegen den Akademiker mit einer Rekapitulation, in welcher er rückblickend auf den cäcilianischen Hauptvorwurf den Christen eine solche *Gleichberechtigung* mit den Philosophen zugesteht, dass er sie sogar mit dem *Philosophentitel* auszeichnet 20. 1: Exposui sqq.

Cfr. p. 31: Minucius ist sich dabei seiner *Gleichstellung* mit dem Philosophen so *bewuszt,* dasz u.s.w.

2) Platonis de rep. I, p. 473: 'Εὰν μὴ, ἦν δ' ἐγώ, ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς πόλεσιν ἢ οἱ βασιλῆς τε νῦν λεγόμενοι καὶ δυνασταὶ φιλοσοφήσωσι γνησίως τε καὶ ἱκανῶς, κ. τ. λ.

Eiusmodi commutationibus Minucius usus est XXVIII, 9; XXII, 1, 2; XXVI, 10.

3) XIX, 5.

4) XX, 2.

5) V, 1.

sophorum. Cfr. XXVI, 9: „Eos spiritus daemonas esse poëtae sciunt, philosophi disserunt."

Nunquam praeterea philosophorum testimonia adhibet ad suam fidem recta via confirmandam, id quod Kühn ait [1]) his verbis: Nachdem er von diesen sapientes die Ansichten der Stoiker, Epikureer und des Plato angeführt hat, schlieszt er mit der Rekapitulation [2]): *ita* d. h. weil es die Philosophen alle behaupten, nil *mirum* est, si ista moles ab eo, quo exstructa est, destruatur. Diese Lehre ist demnach wesentlich durch die Autorität der Philosophen gewisz. Kühn non vidit verba Minucii laudata etiam pertinere ad relationem Platonis sententiae. Cfr. verba, quae sunt: „cum (= quamquam) ipsum mundum perpetuum et insolubilem diceret esse fabricatum, addit tamen ipse *artifici deo* soli et *solubilem* esse et mortalem," cum his: „ita nihil mirum est (scil. Platoni, quamquam mundum insolubilem dicit), si ista moles *ab eo, quo exstructa est, destruatur.*" Tum demum sequitur recapitulatio quam dicit Kühn: „Animadvertis philosophos eadem disputare, quae [nos [3])] dicimus, non quod *nos* simus *eorum* vestigia subsecuti," sqq.

In fine operis [4]) aperte ostendit Minucius, quam rationem inter se et philosophos intercedere putet. Postquam enim Academicos, quicum coniungit Socratem et Simonidem, elusit, ceterorum philosophorum mores reprehendit, dicit duo interesse inter philosophos et Christianos his verbis:

1) O. l., p. 47,

2) Oct. XXXIV, 5.

3) Cfr. Waltzing, ed. 1909, comm.: Quae dicimus pour quae *nos* dicimus, car il y a opposition. Même ellipse ch. 28, 1: quod facitis (vos); 28. 5: quae... geritis (vos); 34, 5: quae dicimus (nos).

4) XXXVIII, 5, 7; XXXIX,

„Nos, qui non habitu sapientiam sed mente praeferimus, *non eloquimur magna sed vivimus*", et: „*gloriamur nos consecutos,* quod illi summa contentione quaesiverunt nec invenire potuerunt." Minucius Tertullianum secutus est dicentem[1]: Adeo neque de scientia neque de disciplina, ut putatis, aequamur.

Iniuria vero dixit Heinze[2]: Ich glaube, Harnack (Dogmengesch. I[4], 522) tut dem Minucius zu viel Ehre an, wenn er festzustellen sucht, wie dieser es im Grunde gemeint habe: Minucius breitet zunächst mit Behagen eine aus Cicero billig erworbene Gelehrsamkeit aus, und kompiliert am Schlusz den Tertullian, froh, wenn es ihm gelingt, einen eklatanten Widerspruch zu vermeiden. Nos vidimus Minucium nusquam se cum philosophis aequavisse, nusquam eorum testimonia attulisse, ut veritatem Christianam demonstraret: ergo illa manifesta inconstantia non exstat. Cum vero consensum omnium imprimis philosophorum ei quasi telum fuisset, quo malevolos rettudisset[3]), necesse erat distinguere inter telum et militem, qui telo usus est; atque Minucio magis necesse erat, quam Tertulliano, qui rarissime eo telo usus est. Ut omissa imagine loquar: distinguendum est inter argumenta, quae dicuntur ad hominem, et argumenta, quae per se usurpantur.

Quae cum ita sint, patet Elteri interpretationem verborum, q. s.[4]) *homo Plautinae prosapiae, ut pistorum*

1) Cfr. XLVI.

2) O. l., p. 469, a. 2. Cfr. Harnack, Mission und Ausbreitung des Christentums in den ersten drei Jahrhunderten, I[2], p. 217, 218.

3) Cfr. Oct. XXXIX.

4) Oct. XIV, 1. Cfr. o. l., p. 36—63.

praecipuus, ita postremus philosophorum, probandam non esse. Nam si Minucius nusquam in universum se philosophum dicit, multo minus passus esset se Cynicum vel Cynico-Stoicum dici [1]). Omitto Elterum, ut ansam obtineat ad interpretandum hunc locum difficillimum, aeque atque Kühnium et alios illa figura rhetorica deceptum [2]) ostendere conatum esse Minucium cum philosophis se aequavisse [3]). At Minucius clare ostendit se omnes philosophos in eodem ordine posuisse. Cfr. XIX, 3: Recenseamus, si placet, disciplinam philosophorum: deprehendes eos, etsi sermonibus variis, ipsis tamen rebus in hanc unam coire et conspirare sententiam; XX, 3: Exposui opiniones omnium ferme philosophorum. [4]).

Non ita temere egit Kühn, non singulo loco obscuriore, ut Elter, nixus, sed e pluribus iisque claris locis profectus dicens fieri non potuisse, quin Minucius Caecilio philosopho Academico respondens ipse philosophi partes sustineret. Cfr. haec eius verba [5]): Damit erhält auch die Wiederlegung von vornherein eine *ganz bestimmte und* dürfen wir sagen, *schiefe Richtung.* Der Christ, *so musz man voraussetzen,* wird auf die Vorwürfe des Philosophen nothwendig eingehen, erwidern, und somit selbst als Philosoph

---

1) Elter, o. l. p. 61. Nisi forte ironice dictum est (cfr. C. Synnerberg, Die neuesten Beiträge zur Minucius-Literatur, Helsingfors, 1914, p. 27), sed tum ex iis verbis nihil de Minucii philosophia derivari potest.

2) Cfr. p. 87.

3) O. l., p. 49.

4) Inter omnes illos Platonem extollit verbis, a Seneca multa mutuatur, Cynicos ne nominat quidem.

5) O. l., p, 21, 22.

erscheinen, andrerseits aber als Gegner speziell eines Akademikers in Gefahr gerathen, auf jene Stelle gedrängt zu werden, wo schon seit Alters her ein Gegner akademischer Skepsis stand — zum Stoicismus. In der That hat die Wiederlegung diese schiefe Richtung eingeschlagen, der Christ erscheint durchaus als Philosoph und im Wesentlichen durchaus als Stoiker. Atqui Minucius id minime prudens fecit. Nam Academicos non in philosophorum numero ducere videtur. Dicit se opiniones omnium ferme philosophorum exposuisse, cum nullam Academicum nomine attulerit. In fine operis, postquam Socratis, Academicorum multitudinis, Simonidis dubitandi rationem reprehendit [1]), dicit: „philosophorum supercilia contemnimus," sqq, ex quo apparet eum distinguere inter philosophos, quorum doctrinam aliquanti aestimat, mores omnino improbat; et alios, quorum dubitandi rationem nullius pretii habet de eorum moribus ne verbum quidem dicens. Iustinus eodem modo egit: disiungit veros philosophos ab iis, qui nomine tantum philosophi sunt. Inter philosophos falsos Epicureos ob turpes mores [2]), Cynicos, quia nullum bonum noscant praeter indifferentiam [3]), habere videtur; ceteros aeque ac Minucius unum quasi agmen efficere putat [4]). Cur Minucius

1) XXXVIII, 5,

2) Ap. II, 7, 12, 15.

3) Ap. II, 3.

4) Cfr. Harnack, Dogmengeschichte, I^4, p. 512, a. l.

Bei der Beurtheilung der griechischen Philosophen seitens Justin's sind noch zwei Punkte beachtenswerth. Erstens scheidet er sehr scharf zwischen den wirklichen und den Namen-Philosophen. Die letzteren sind ihm vor allem die Epikuräer... Bemerkenswerth aber — und das ist das zweite — ist, dass Justin die greichischen

Academicos ipsos e philosophorum agmine excludat, infra inquiremus.

Iam vidimus Minucium nusquam negavisse fidem Christianam et philosophiam non funditus discrepare. Quaestio est autem. an inscius placita philosophorum cum doctrina Christiana miscuerit, aut eius loco substituerit.

Kühn ait Minucium de cognoscendi fontibus et modis agentem valde ab integra fide Christiana aberravisse. Cfr. verba, quibus suam sententiam inquisitione facta exponit [1]: Das Christenthum wird auf dem stoischen Erkenntnissprincip aufgebaut und der Christengott durch stoische Teleogie gefunden. Dass dies eine fundamentale Verkennung des Christenthums als einer *Offenbarung Gottes* ist, leuchtet ein. Das Christenthum entspringt nach minucianischer Anschauung durchaus dem Menschengeiste selber, wie jedes andere menschliche Geistesprodukt, und ist darum auch geschichtlich als prudentia und disciplina aus ihm hervorgegangen (16.5).

Harnack lenius agit dicens [2]:.... ist das, was Tertullian und Minucius über das Wesen des Christenthums als Philosophie und Offenbarung bemerken, im letzten Grunde

---

Philosophen principiell als eine Einheit gefasst und daher bereits in ihren Abweichungen von einander einen Beweis der Unvollkommenheit ihrer Lehre gesehen hat... Diese Betrachtungsweise hat sich dem Justin ergeben, weil sich ihm die höchste Wahrheit, welche der menschlichen Philosophie verwandt und entgegengesetzt ist, in einem geschlossenen Kreise von Anhängern darstellte.

Cfr. p. 518 de Theophilo.

1) O. l., p. 30.

2) Dogmengeschichte I⁴, p. 520.

volkommen identisch mit der Auffassung der griechischen Apologeten [1]), wenn auch nicht zu verkennen ist, dasz *der Offenbarungskarakter des Christenthums bei ihnen zurücktritt.*

Quae cum ita se haberent, „silentium" Minucii partim explicata esset. Nam ut Stoicorum ratione Christus inveniatur fieri minime potest; si Minucii opinio esset fidem Christianam non imprimis divina revelatione niti, mirum non esset eum de Sacra Scriptura fere omnino tacere. Attamen neque Kühnii neque ipsa Harnackii mitior sententia probanda est.

Primum est monendum Caecilium nullis argumentis suam dubitandi rationem demonstrare. Quae Kühn de Octavio dicit: eum Stoicorum exemplo suum cognoscendi principium temere posuisse [2]), nihilo minus in Caecilium quadrat. Cfr. Oct. V, 2: „Proinde si mihi quasi novus aliqui et quasi ignarus partis utriusque considas, nullum negotium est patefacere omnia in rebus humanis dubia, incerta, suspensa, magisque omnia verisimilia, quam vera." Atqui Arcesilas, Carneades, reliqui Academici multum negotii ducunt demonstrare tam sensum quam rationem fallaces esse. Caecilii dubitandi ratio minus ad scientiam quam ad vivendi genus [3]) pertinet; Minucius arbitratur eam profi-

1) Kühn, o. l., p. 30: Hierin aber steht Minucius in principiellem Gegensatz zu den Hauptapologeten seiner Zeit (Justinus, Tatianus, Athenagoras). Si Kühn legisset, quae Aristides Ap. c. I. similiter atque Minucius de deo disseruit, fortasse cum Harnackio fecisset.

2) O. l., p. 23: Nach echt stoischem Dogmatismus hat Minucius dieses (das stoische Erkenntnisprincip) am Anfang als Substrat für alle weitere Entwickelung einfach poniert (sciat), ohne die ἀκαταλῆψία des Caecilius auch nur mit einem einzigen Worte zu entkräften, oder sein Princip selbst erst als sicher erwiesen zu haben.

3) Cf. V. 1.

cisci ex hominis voluntate. Cfr. XIV, 5: „sic assidue temeritate decepti culpam iudicis (id est suam, in temere iudicando commissam) transferunt in incerti querellam, ut damnatis omnibus *malint* universa suspendere quam de fallacibus iudicare"; cfr. XXXIV, 12; „nec ignoro plerosque conscientia meritorum nihil se esse post mortem *magis optare quam credere: malunt* enim extingui penitus, quam ad supplicia reparari." Quae quamquam non proprie Caecilio obiciuntur, tamen ostendunt, quid Minucius de dubitandi studio in universum sentiret. Ipse minime dubitat neque spinosis argumentis suam doctrinam confirmandam esse putat. Sed ex hac re non efficitur eum Stoicos esse secutum: fieri poterat, ut consentiret cum reliquis Christianis, de quibus Harnack merito dixit [1]): Es wahr die intellektuelle Wahrheit und Klarheit, deren sie sich freuten und rühmten .... alles empfing von dem lebendigen Gott Klarheit und Gewiszheit. E Ciceronis de deorum natura libris hanc confidentiam non recepit. Cicero enim Academicorum et Stoicorum argumentis inter se oppositis operis finem facit his verbis: „Haec cum essent dicta, ita discessimus, ut Velleio Cottae (Academici) disputatio verior, mihi Balbi (Stoici) ad veritatis *similitudinem videretur* esse *propensior.*"

Quemadmodum autem Academicorum dubitatio Christianae fidei repugnare a Christianis putaretur, apparet ex iis, quae Tertullianus dixit [2]): „quid agis, Academia procacissima? totum vitae statum evertis, omnem naturae ordinem turbas, ipsius dei *providentiam* excaecas, qui cunctis operibus suis

1) Mission, u.s.w. I², p. 193.

2) De anima, 17, ed. Reifferscheid-Wissowa, p. 325, l. 12—16; p. 325, l. 27—p. 326, l. 2; p. 326, l. 7—9, 12—16.

intellegendis colendis dispensandis fruendis fallaces et mendaces praefecerit sensus .... non licet, non licet nobis in dubium sensus istos vocare, ne et in Christo de fide eorum deliberetur .... sic enim Marcion phantasma eum maluit credere totius corporis in illo dedignatus veritatem .... recita Iohannis testationem: *quod vidimus,* inquit, *quod audivimus, et manus nostrae contrectaverunt, de sermone vitae.* falsa utique testatio, si oculorum et aurium et manuum sensus natura mentitur." Tertullianus igitur Academicos damnat non solum, ut liceat e Dei operibus providentiam eius intellegere, sed etiam, ut nihil dubii relinquatur, quin Christus verum corpus habuerit, quin evangelistarum testimonium fidem habeat. Inde apparet causam esse nullam, cur putemus Minucium, cum Stoicos contra Academicos secutus esse videatur, pravam viam iniisse [1]), quae duceret, ut alia omittam, ad negandum verum Christi corpus [2]).

At accusatur, quod Stoicorum cognitionis doctrinam ita receperit, ut divinae revelationi aut nihil aut parum attribueret. Hic omiserunt Kühn et Harnack primum quaerere, quantum Minucium divinae revelationi attribuisse consentaneum sit. In ea parte operis, de quo sermo est [3]), Minucius sibi proposuit, ut Caecilio persuaderet *mundum providentia regi et unius dei nutu gubernari* [4]). Id conatus est c. XVII, 1 — XVIII, 10 argumentis, c. XVIII, 11 — XIX, 14 testimoniis afferendis efficere.

Quaenam sunt argumenta? Haec omnia versantur in

---

1) Cfr. p. 90 huius disputationis.

2) Kühn, o. l., p. 40: Wir meinen, das ist reiner Doketismus.

3) XVII—XIX, 14.

4) Cfr. XX, 2.

operibus Dei intellegendis. Cfr. XXXII, 4: „ex hoc deum credimus, quod eum sentire possumus, videre non possumus. In operibus enim eius et in mundi omnibus motibus virtutem eius semper praesentem aspicimus, cum tonat, fulgurat, fulminat, cum serenat". Hac in re prorsus consentit cum Tertulliano dicente [1]: „vultis ex operibus ipsius tot ac talibus, quibus continemur, quibus sustinemur, quibus oblectamur, etiam quibus exterremur .... comprobemus?" Parvi interest, quo cognoscendi instrumento mundi motus noverimus [2]; tota quaestio in eo versatur, cur in mundi motibus Dei virtutem aspiciamus. Neque Minucius, neque Tertullianus, nisi fallor, de hac quaestione disertis verbis egerunt, id quod mirum non est cum Veteris Testamenti ingenio [3]) imbuti ne dubitarent quidem, utrum Deus esset necne: Quonam modo quaestionem solvissent, si de ratione fidei defendendae verba fecissent, perspici potest e testimoniis allatis. Tertullianus putat animam sanam, simplicem, rudem testari Deum esse; Minucius idem dicit de vulgo. Quodsi in uniuscuiusque anima scintilla Dei cognitionis licet cinere tecta latet, satis est illam detegere atque flatu excitare. Minime opus est a priori, ut philosophi dicunt,

1) Ap. XVII, 4.

2) Minucius hic Stoicorum cognoscendi doctrinam fortasse recepit ob eandem causam qua ducti Academici eam solam oppugnant. Cfr. Zeller, Die Philosophie der Griechen, III, 1⁴, p, 519, 520 de Arcesilao:... scheint es... dasz er mithin den stoischen Sensualismus als die allein denkbare dogmatische Erkenntnistheorie voraussetzte, auf die platonische und aristotelische dagegen trotz seiner Bewunderung für Plato und seine Schriften keine Rücksicht nahm.

3) Cfr. Pierson, Geestelijke voorouders, I, Israel, p. 389, v.: Geen natuurpoëzie heeft die van Israel overtroffen of geëvenaard.... Alles in de natuur spreekt den vrome van God.

demonstrare Deum esse. Apparet ergo neque Minucium neque Tertullianum hoc respectu rationatismi, qui vocatur, iure argui; eos vero facere cum iis, qui putant religionis semen in hominum mentibus latere [1]), deum unum et verum universis hominibus aliquatenus se revelare [2]).

Tertullianus autem mimime putat revelationem universalem ad deum cognoscendum solam sufficere. Cfr. Apol. XVIII, 1: „Sed quo plenius et impressius tam ipsum quam dispositiones eius et voluntates adiremus, adiecit instrumentum litteraturae." Minucius quamquam in universum non dicit revelatione speciali opus esse, tamen ostendit se cum Tertulliano consentire. Cfr. XIX, 4 (W.): „*Esto* altior et sublimior aquae et spiritus ratio, quam ut ab homine potuerit inveniri, a deo traditum [3])." Hic sine dubio refert ad Geneseos librum. Praeterea auxilio Dei attribuit quod Caecilius credidit. Cfr. XL, 3: „*obtinuit adiutus*", quae verba pertinere ad ea, quae de Deo dixit, apparet e.c. XL, 2.

---

1) Cfr. Calvini Instit. I, 4: Quendam inesse humanae menti, naturali instinctu, divinitatis sensum, extra controversiam ponimus: siquidem, nequis ad ignorantiae praetextum confugeret, quandam sui numinis intelligentiam universis Dominus instillavit.... Et qui in aliis vitae partibus minimum videntur a belluis differre, quoddam tamen perpetuo religionis semen retinent.... Quin et idololatria huius conceptionis amplum est documentum.

2) Vergilium, cuius testimonium Oct. XIX, 2 allatum est, revelatione universali ductum sensisse deum esse unum dicit v. d. F. Postma: De numine divino, quid senserit Vergilius, (Amsterdam, van Bottenburg, 1914) c. II: Utrum Vergilius plures an unum deum coluerit, p. 220: „vera scientia de uno ac vero Deo non eius erat.... nihilominus per Dei gratiam communem (ut aiunt) nonnullae aderant scintillae.

3) Hanc sententiam lectoris Christiani emblema esse arbitratus seclusit I. F. Gronovius falsa interpretatione nixus; Waltzing et alii iure retinent. Cfr. Vahlen, Hermes, 30, 1895, p. 385—390.

Minucius igitur in tractando argumento e mundi motibus repetito convenit cum Tertulliani et reliquorum Christianorum doctrina, clarius etiam quam Tertullianus ostendit revelationem universalem non satisfacere ad mentes Deum versus dirigendas [1]).

Sane de revelatione speciali perpauca dicit. Cum autem res tractet, quae pleraeque ad revelationem universalem pertinent, id mirum non est. Iustinum et Tertullianum, qui res e Sacra Scriptura notas referunt, copiosius de ea loqui consentaneum est, Minucium non item. Quod autem Minucius ad oppugnandos deos falsos et idololatriam ostendit Deum verum ex operibus eius ab omnibus posse cognosci, hac re praecesserunt eum non solum philosophi, sed iam propheta Isaias. Cfr. Isaiae c. XL, 12—26 [2]).

Quae cum ita sint, videmus fieri non posse, ut Minucius revelationem supervacaneam dixerit atque putaverit homines ratione sola ductos ad veritatem divinitatis pervenire. Kühn tamen id pro certo ait. Verba Minucii, quae sunt: „gloriamur nos consecutos quod illi summa contentione quaesiverunt nec invenire potuerunt (XXXVIII, 6)," interpretatur per verba, q.s.: „omnes hcmines.... insitos esse sapientiam....

1) Cfr. quae p. 93 et 94 dicta sunt de natura dubitandi rationis.

2) Non laudo Pauli ad Rom. ep. I, 19—25, quia ii, qui hodie cum Kühnio faciunt, fere omnes putant Paulum Stoicos secutum esse. Ceterum altius penetrantibus quaerendum est nonne in Stoicos quadret id, quod Augustinus De civ. dei VIII, 12 dicit: „Sed undecumque ista ille (Plato) didicerit, sive praecedentibus eum veterum libris (ita Minucius XXXIV, 5) *sive potius,* quo modo dicit apostolus, quia quod notum est Dei manifestum est in illis; Deus enim illis manifestavit," ex quo sequeretur Paulum non a Stoicis sua mutuatum esse, sed de Stoicis iudicavisse, atque Minucium optimo iure eorum testimonium attulisse iuxta testimonia vulgi (animae) et poetarum (cfr. p. 97, adn. 2).

nostrates pauperes et commentos esse prudentiam et tradidisse ceteris disciplinam (XVI, 5)." Cfr. operis eius laudati p. 57, ubi pietate neglecta dicit: Als nun die Menschen gebildeter und aufgeklärter zu werden anfängen (politiores et minus creduli, 26,6), da haben die Philosophen ihn (den einen Gott) gesucht, doch die Christen erst gefunden. Sie haben ihn der als insita sapientia, als blasser Keim im Menschengeiste lag, durch denkende Betrachtung des Himmels zur Reife gebracht und in einer vernunftgemäszen Lehre, die sie ersannen der Menschheit zum Geschenk gemacht. Hic videmus Kühnium non novisse indolem scriptoris Minucii. Dubitandum est, an liceat Minucii verba ita coniungere atque explicare. Si ea, quae c. XX, 1 de philosophis, quos quivis arbitretur iam tunc Christianos fuisse, dicuntur, ab iis, quae antecedunt et quae sequuntur soluta consideramus, non intellegimus, cur Minucius c. XXXVIII dicat tam multa interesse inter Christianum et philosophum. Primo obtutu iam offendit Minucium c. XX, 4 de fabulis dicere: „quae, si essent facta, fierent; quia fieri non possunt, ideo nec facta sunt"; nulla cautione adhibita, ut eos, qui legerent, admoneret se his verbis non omnia miracula negare. Nam ipse narrat Iudaeos hostes suos armatos, quos inermes insequerentur, *dei iussu et elementis adnitentibus* obruisse [1]).

Apparet in Octavium paulo minus cadere, quod Caecilius de se dicit [2]): „se impetum susceptae actionis exerere." Ut est orator, argumentum quodque suo loco quam fortis-

1) Cfr. praeterea, quae de exorcismo, qui dicitur, c. XXVII, de resurrectione c. XXXIV dixit.

2) VIII, 3.

sime confirmat atque auget aliorum locorum, ubi contrarias res agere videtur, nulla ratione habita. Quin vidimus in priore huius disputationis parte eum, ut quam plurima argumenta afferat, eodem nexu sententiarum res inter se diversas coniungere. Itaque difficilius est veram eius opinionem cognoscere, quam Kühn putavisse videtur. Non temere coniungere licet, quae diversis locis inveniuntur, sed postquam e toto libro indagatum est, quae Minucii opinio sit, singuli loci suo pretio aestimandi sunt.

Cum iam Minucii de revelatione opinionem repperimus, consideremus locos, quos Kühn ad confirmandam suam thesin affert. Octavius c. XVI, 5, 6 impetu fertur, ut demonstret Christianos, quamvis pauperes et illitterati sint, optimo iure de rebus caelestibus disputare. Caecilium autem mprimis offendit eos *decernere* [1]), cum philosophi *deliberent.* Octavius exponit non opus esse divitiis et disciplina, ut quis de divinis rebus quaerere et sentire possit. Attamen ex eius verbis minime derivari licet opus non esse divino auxilio, revelatione divina. Sermo non est de veritate omnino inventa, sed de veritate, quam sibi quisque propriam facit. Octavius iam rem strenue agit: ergo eius verba non amplius in maius tollenda sunt. Praeterea, si Kühnio assentimur, Minucio prorsus contrariae opiniones imputantur. Kühn enim non negabit eum c. XIX, 3—14 data opera exponere philosophos omnes deum unum scire. Attamen contendit eum c. XXXVIII dixisse Christianos primos invenisse deum esse unum. E nexu sententiarum apparet Christianos Minucio iudice consecutos esse ut matura divinitatis

1) V, 4.

veritate mentes eorum imbutae sint atque cum ea veritate ita congruerint, ut *magna vivant, non solum loquantur.*

Neque minus errat Kühn dicens[1]: „Hier (24, 2 H.; 22, 7. W.) wird in Gestalt eines Grundsatzes gegenüber dem alienus error das *sibi credere* geltend gemacht. Im *Menschen* also liegt die Wahrheit! Diese ist aber nichts anderes als jene sapientia insita, obige ἔννοια κοινή von dem einen Gotte, welche ermöglicht wird durch die gegebenen natürlichen Aufnahmeorganen für die Wahrheit, durch sensus et ratio." Nam videtur non perspexisse, quae sit controversia. Minucius inter se opponit *parentibus oboedire* et *sibi credere,* non veritatem revelatione esse proditam et eam ab hominibus nullo Dei auxilio inventam esse[2]. Kühnium fefellit, quod Minucius nulla cautione, ne quis de aliis cogitet atque ipse, simpliciter dicit ea, quae huic loco apta sunt.

Apertius suum errorem ostendit Kühn verba faciens de *veritate,* quam Minucius dicit *obviam, sed requirentibus*[3]. Postquam enim dixit[4]: „so ist zwar unter der Wahrheit zunächst negativ die Erkenntnis von der Nichtigkeit heidnischer Götterverehrung zu verstehen"; addit: „Indess verglichen mit dem Vorangegangenen, der insita sapientia und dem natürlichen Gottesbewusstsein, das instinctiv selbst unter dem ungebildeten Volke lebendig ist, gewinnt jene veritas einen positiven Inhalt." Interpretatori non licet sen-

1) O. l., p. 32.

2) Haec duo Seneca inter se opposuit dicens Epist. 30 (IV, 2) 3: Non sunt ista bona, quae in te isti (scil. dei) volunt congeri: unum bonum est quod beatae vitae causa et firmamentum est, sibi fidere.

3) XXIV, 8 (W.), (= XXIII, 8. H.).

4) O. l. p. 32.

tentias et notiones temere coniungere, ut opiniones, quas disertis verbis Minucius non aperuit ei imputentur. [1])

Iam vidimus Minucium nusquam disertis verbis divinae revelationi obtrectavisse. Cum autem apparuerit Minucii „silentium" ex iis, quae de cognoscendi rationibus et fontibus dixit, explicari non posse, quaeritur, an in ipsa rerum divinarum scientia, quam se habere ostendit, nonnulla sint, quae verae Christianae doctrinae repugnent.

Ea, quae Minucius de ratione, quae inter Deum et mundum intercedit, dicit, in universum cum Christiana doctrina congruere Kühn ipse per imprudentiam ostendit dicens [2]): Es gehen hier eben die zwei Anschauungen, die stoische und platonische unvermittelt neben einander. Spricht Minucius von Gott allein, so hebt er ihn platonisch über Erde 18, 5, Welt und Endlichkeit 18, 7 f. hinaus. Kommt er aber auf Gottes Einwirkung auf die Welt, seine Allgegenwart, Providenz zu sprechen, so geschieht dies nach stoisch-materialistischer Denkweise. Gott ist ihm da nobis *infusus,* ferner omnia, . . . *Deo plena* 12, 8 . . . . in sinu (eius) vivimus. Quodsi ad tempus mittimus verbum quod est „materialistischer", omnia in universum cum regula fidei congruunt. Minucius facit Deum, qui mundum creaverit [3]), ut cum

1) Minucii scriptoris indole perspecta apparet tam Kühnium (o. l., p. 46), quam Carlierum (l. l., p. 265) et alios, qui cum Kühnio certaverunt, erravisse in explicandis verbis, q. s: *interest cogitationibus nostris quasi alteris tenebris* XXXII, 9) Minucius hic non dicit, quid cogitatio nostra in rebus divinis valeat, sed ostendere vult deum cogitationes hominis scire, quae alii homini prorsus ignota, quasi tenebrae, sunt, deo quasi terra sole illustrata.

2) O. l., p. 33, a. 2.

3) XVIII, 7.

theologis ita dicam, tam mundum transcendentem, quam in eo immanentem. Quo modo id fieri possit, Minucius certe non intellexit; omnibus autem Christianis adhuc mysterium est, cui credunt, quamquam mente non concipiunt.

Kühn vero ait Minucium magis Stoicos sequi, quam Platonem, ita ut doceat Deum esse materiam, licet tenuissimam, Cfr. quae dicit o. l. p. 34: „Der Dualismus ruht im Grunde auf stoischem Monismus; p. 33, a. 2: Sie (die stoische Anschauung) erweist sich .... als spezifisch minucianisches Eigenthum, wie auch der platonischen Denkweise gegenüber als die ursprünglichere." Unde autem haec omnia derivat? Minucius laudat c. XXVI, 12 Symposii Platonis locum [1]), quem suis verbis reddit. Cum interpretans nonnulla ad Platonis verba adiciat [2]), Kühn putat Minucium suam rationem cum Platonis sententia imprudentem coniunxisse. Sed omisit demonstrare illam rationem esse Minucii ipsius. Nam si illa Platonis verba tunc saepe laudabantur [3]), veri simile est Minucium ea hic illic ita relata invenisse, ut ipse exhibet. Quodsi conferimus Tertulliani Ap. XXII, 1 haec verba: „Atque adeo dicimus esse *substantias quasdam* spirituales," iam videmus unde Minucius verbum q. e. substantiam sumpserit [4]).

---

1) Symp. p. 202 E.

2) Plato: *πᾶν τὸ δαιμόνιον μεταξύ ἐστι θεοῦ τε καὶ θνητοῦ.*

Minucius: vult enim esse *substantiam* inter mortalem immortalemque, id est inter corpus et spiritum mediam, terreni ponderis et caelestis levitatis admixtione concretam.

3) Id quod Kühn ipse dicit.

4) Cfr. p. 53—55 huius libri. De ratione, quae intercedit inter Platonem et Minucium cfr. J. P. Waltzing, Minucius Felix et Platon, Mélanges Boissier, Paris, 1903, p. 455.

Praeterea tota Kühnii ratiocinatio pendet e vocabulo, q. e. *levitatis*. Cfr. eius verba, q. s. [1]): „Denn levitas ist *logisch* nicht Gewichtlosigkeit, nicht ein *contrarium*, sondern ein *minus* zu pondus, schlieszt demnach noch immer ein Theil *Schwere* in sich, eine Eigenschaft, die nur dem Gebiete des *Stofflichen* angehört." Attamen, si omnino licet Minucii verba ita subtiliter interpretari, aeque facile demonstratur levitatem apud Minucium significare ponderis negationem. Minucius verbum Platonis q. e. μεταξύ primo reddit per verbum, q. e. *mediam*, deinde illud *mediam* explicat per *admixtione* concretam. Quae autem admiscentur, eiusdem generis vulgo non sunt. Si Minucius putavisset levitatem esse ponderis modum, opus non fuisset illud *mediam* accuratius explicare: nam substantia media inter gravem et minus gravem per se intellegitur. Atqui puto Minucii verba minime subtilius aestimanda esse, cum omnia fere, quae de daemonibus conscripsit, ex aliis scriptoribus mutuatus sit, neque satis elaboraverit [2]).

Quam leviter Kühn argumentetur in indagando inter Minucium et alios apologetas discrimine, porro apparet ex iis, quae dixit de verbis Minucii, q. s. *deo indiciis opus non est* [3]). Minucius hic non negat, id quod Seneca Ep. 95, 47 [4]) facit, Deum per angelos mundum gubernare, sed ei opus esse angelis, a quibus discat, quae ubique fiant. Nemo con-

---

idem, Platon, source directe de Minucius Felix, Musée Belge, 1904, p. 424—428.

P. Shorey, Plato and Minucius Felix. Classical Review, 1904, p. 302, 303.

1) O. l., p. 33.

2) Cfr. quae in parte priore dicta sunt sub No. 15.

3) Oct. XXXIII, 1. Cfr. Kühn, o. l. p. 43.

4) Non quaerit ministros deus.

tendet ullum apologetam negavisse Deum ipsum sua scientia omnia complecti. Kühn hic inuria Minucii sententiam per Senecae verba non explicat, sed auget, sed prorsus immutat [1]).

Transeamus ad locum qui merito dicitur vexatissimus: Oct. XXIX, 2, 3, quocum conferatur XXIX, 6—8. Kühn ait Minucium Christo humanum corpus non attribuisse [2]); Baehrens eum nihil aliud significasse nisi Christum non fuisse originis divinae [3]); van Wageningen eum prorsus negavisse Christum omnino exstitisse, Christianorum inimicos hanc fabulam finxisse [4]); Carlier vero e verbis laudatis via negationis derivari posse Minucium omnibus numeris cum vera de Christo doctrina consensisse [5]).

Ne variae hae opiniones in quaerendo obsint, necesse est primum inquirere, quid Minucius ipse disertis verbis scripserit. Caecilius dixit: „Et qui hominem summo supplicio pro facinore punitum et crucis ligna feralia eorum caerimonias fabulatur, congruentia perditis sceleratisque tribuit altaria, ut id colant, quod merentur [6]).'' Cruces igitur

1) Cfr. praeterea, quae Harnack iam dixit (Theol. Litteraturzeitung, 1883, Sp. 124): In den beiden folgenden Abschnitten finden sich noch einige Ausführungen, in denen der Verf. m. E. ohne zureichenden Grund dem Minucius genuine stoische Anschauungen imputiert; hierher gehört, was er S. 53 f. über den Begriff, ,caelestis levitas, (c. 26. 12), S. 40 über ,terrenus' (c. 29. 2), S. 49 über die Auferstehung ausführt oder andeutet.

2) Cf. p. 95, adn. 2.

3) O. l., p, 11.

4) O. l., p. 227—229.

5) Rapport sur les travaux de la Societas Philologa de l'Université catholique de Louvain, Annuaire de l' Université, 1894, praesertim p. 261—266.

6) IX, 4.

comparat cum altaribus, eas cum homine punito in numero caerimoniarum Christianarum collocat (caerimonia hic significat sacra, res, quae coluntur). Octavius antequam respondet, Caecilii verba in hunc modum refert: „Nam quod *religioni nostrae* hominem noxium et crucem eius adscribitis [1]."

Religioni autem Christianae adscripsit Caecilius caput asini, sacerdotis genitalia, hominem noxium, crucem eius. Haec crimina Octavius deinceps refellit, sed varia ratione. De capite asini dicit: „Quis tam stultus, ut hoc colat. Quis stultior, ut hoc coli credat? [2])." Tum crimen in paganos retorquet. Quod ad sacerdotis genitalia culta attinet, satis habet crimen retorquere. Postquam simpliciter negavit Christianos cruces colere, crimen in paganos retorquet et ostendit crucem non solum esse lignum ferale, unde sequitur Octavii non nihil referre, quid Caecilius de cruce cogitet. Id solum crimen, de quo agimus, fusius refutat verbis supra laudatis. Qua autem ratione refutat? Non negat Christianis eum, de quo Caecilius locutus est, scil. Christum, deum esse, addit etiam in illo omnem eorum spem inniti. Ex eo enim, quod Christus deus colitur atque in eo spes omnis innititur, derivat fieri non posse, ut fuerit noxius, terrenus, homo mortalis. Christum deum coli a Christianis Minucius non potuit negare, qui legisset verba quae Tertullianus in Apologetico fecit *de Christo ut deo* [3]); qui legisset Iustini Apologias. Si in hac re a ceteris Christianis discessisset, non dixisset verba, q. s. religioni *nostrae*. Illud *nostrae*

---

1) XXIX, 2.
2) XVIII, 7.
3) Ap. XXI, 3 sqq.

enim ad omnes Christianos, non ad Octavium et Minucium solos pertinere ex multis aliis locis apparet [1]).

Iam vidimus opiniones, quas Baehrens et van Wageningen protulerunt omnino falsas esse. Kühn concedit ille quidem Minucium Christo divinitatem attribuere, sed e verbo, q. e. *terrenum,* [2]) derivat eum Christo verum corpus non attribuere. Verbum q. e terrenum explicat collatis verbis, q. s. *terreni ponderis* [3]): „Er spricht also Christus die terra ab, mit dieser aber (nach 26, 2) terrenum pondus und damit auch humanum *corpus!* [4])" Tum autem Minucius a Tertulliano [5]) et Iustino discessisset et iniuria se in Christianorum numero collocasset. Praeterea vidimus talem notionum, quae diversis locis inveniuntur, coniunctionem a Minucio alienam esse [6]). Denique v. d. V. Carlier [7]) recte admonuit illud vocabulum *terrenum* sumptum esse e Pauli Epist. I ad Corinthios, XV, 47: *ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς, χοϊκός· ὁ δεύτερος ἄνθρωπος, ὁ Κύριος ἐξ οὐρανοῦ,* quia XXIX, 3 simillimum est loco eiusdem epistulae capitis: 19, 20: *εἰ ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ ἠλπικότες ἐσμὲν ἐν Χριστῷ μόνον, ἐλεεινότεροι πάντων ἀνθρώπων ἐσμέν. Νυνὶ δὲ Χριστὸς ἐγήγερται ἐκ νεκρῶν.* [8]). Ita melius explicatur, cur Mi-

---

1) Cfr. e. g. XXXIII, 1 : Nec *nobis* de nostra *frequentia* blandiamur.

2) O. l. p. 40 : Die Wahl dieses Wortes ist charakteristisch. Warum sagt Minucius nicht einfach hominem, wie auch Caecilius ?

3) XXVI, 12.

4) O. l., p. 40.

5) Cfr. e. g. Ap. XXI, 14: homo deo mixtus, 15: Caro .... Christus est,

6) Hoc iam viderunt Harnack et Rehm.

7) O. l., p. 262, 263.

8) Cfr. Burger, Minucius Felix und Seneca, p. 26: Unsere Anspielung ist nämlich für die Aufhellung der Christologie des M. F. von Bedeutung. Wenn nämlich der Apologet gerade an der Stelle, wo man von ihm eine Auslassung über Jesus von Nazareth erwarten muszte, auf jenes

nucius dixerit *terrenum*, non *hominem*. Carlierum vero non ultra sequor illa negationis via. Ea enim cognosci non potest, quid quis sentiat. Satis habemus statuere Minucium a Christiana doctrina et ceteris apologetis praesertim Tertulliano disertis verbis non discessisse. Immo ea quae de Christo dixit sub eodem aspectu posuit atque Tertullianus. Cfr. Apol. XXI, 3: „Sed *vulgus* iam *sciunt Christum ut hominem aliquem*, qualem Iudaei iudicaverunt, quo facilius quis nos *hominis* cultores existimaverit"; cum Caecilii crimine; et: „*Necesse* est igitur *pauca de Christo ut deo*", cum Octavii refutatione. Sane illa pauca, quae Tertullianus profert, multo plura sunt, quam Minucii verba; at ratio et via eadem est.

Quod ad crucem attinet, in priore huius disputationis parte ostendimus Minucium Tertulliano et Iustino exemplis usum esse, ex quo sequitur omnia, quae e. g. van Wageningen dixit de Minucio crucem contemnente falsa esse.

Verbum Dei Minucius uno tantum loco commemorat [1]). De hoc loco Kühn multa disserit, ut statuat discrimen esse inter Minucium et Iustinum: apud Iustinum verbum in Christo hominem factum esse, apud Minucium dei quasi partem esse in hominibus latentem [2]). Postquam autem in priore huius disputationis parte vidimus Minucium c. XVIII Tertullianum sequi, tota Kühnii argumentatio procidit. De iis

---

paulinische Zeugnis. wenn auch nur leise hindeutet, mit dem der Apostel beredt und entschieden wie sonst nirgends seinen Glauben an Christi Auferstehung bekennt, so gab er dadurch allen mit der christlichen Lehre vertrauten zu verstehen, dasz er über jenes Grunddogma des Christentums nicht anders denke, wie Paulus.

1) XVIII, 7.

2) O. l. p. 57, 58.

enim, quae Tertullianus Apol. XVII, 1 dixit [1]), idem valet, si ab aliis soluta considerantur, quod Kühn de Minucii verbis dicit. Quid quod Tertullianus c. XXI, 10 [2]) ad ea, quae c. XVII, 1 de sermone dixit, revertitur, ut deinde fusius et cum Iustino congruens agat de sermone in Christo homine facto? Luce clarius apparet e c. XVIII, 7 demonstrari non posse Minucium ab aliorum apologetarum doctrina in hac re discessisse, qui aliud receperit, aliud omiserit quidem, sed non negaverit.

De Spiritu Sancto quoque semel egit [3]) idque verbis, quae e Geneseos libri c. I, p. 1 petita esse videntur [4]).

Quod attinet ad ea, quae Minucius commemoravit de homine, de peccato, de gratia, de religionis indole, de resurrectione, de iudicio extremo, de vita aeterna, Kühn permulta dixit, quibus Harnack in universum consentit et quae maximi momenti putat, quamquam concedit eum hic illic vestigia doctrinae Christianae nimis delere conatum esse [5]). Ex multis illis rebus nonnulla sunt, quae explicantur eo, quod Minucius de Christo non disserit nisi paucis verbis ab adversario coactus. Minucius dicit daemones, adiuratos *per deum verum et solum* corporibus vel statim exsilire

1) „Verbo quo iussit, ratione qua disposuit, virtute qua potuit."

2) Iam diximus deum universitatem hanc mundi verbo et ratione et virtute molitum.

3) XIX, 4.

4) Verba q. s. *eo altior .... traditum* ut glossema inclusit Halm praeeunte I. Fr. Gronovio; leviter immutata retinuerunt Waltzing, Valmaggi, Schöne (A. Schöne, M. Minucii Felicis Octavius, Leipzig, Liebisch, 1913. Schöne autem est criticus liberior, ut ita dicam). Cfr. Theoph. Ad. Autol. II, 10, ubi idem scriptum invenitur.

5) Harnack, Theol. Litteraturz. 1883, Sp. 125.

vel evanescere gradatim [1]," cum apud Iustinum daemones exigantur κατὰ (διὰ) τοῦ ὀνόματος Ἰησοῦ Χριστοῦ [2]. Si Tertullianum conferimus, perspicimus, cur Minucius non dixerit daemones per Christum adiuratos exigi [3]. Tertullianus exorcismi quidem mentione facta, nominis, per quod daemones exigantur, non item, ostendit divinitatem paganorum Christianis subiectam esse, ergo omnino divinitatem putandam non esse [4]. Eo autem argumento bifariam usus est: prius, ut ostendat deum, quem Christiani profitentur, esse verum et unicum, deinde divinitatem Christi esse veram et eum omnes iudicaturum esse [5]. Minucius uno modo usus est exorcismo. Cum Tertullianus secundo loco dixisset: „Omnis haec nostra in illos dominatio et potestas de nominatione Christi valet [6]" Minucius recte intellexit oportere exorcismum, si quis per eum demonstrare vellet deum Christianorum esse verum et solum, per nomen dei veri et solius fieri. Inter eum et Tertullian umunum tantum interest: id, quod solum apud eum invenitur, apud Tertullianum brevi transigitur; id, quod omisit, apud Tertullianum res gravior facta est. [7])

1) XXVII, 7.

2) Ap. II, 6, 6; 8, 4. Cfr. Kühn, o. l., p. 37, a. 1.

3) In priore parte sub n°. 15 demonstratum est Minucium in iis, quae de daemonibus dicit, Tertullianum sequi.

4) Ap. XXIII, 4—10.

5) Ap. XXIII, 11: cognoscetis, qui sit vere deus et an ille et an unicus, quem Christiani profitemur — et an ita credendus colendusque, ut fides et disciplina disposita est Christianorum (cfr, XXI, 28: Deum colimus per Christum).

6) Ap. XXIII, 15.

7) Cfr. praeterea: Ep. I ad Thessal. II, 2, 8, 9: τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Θεοῦ III, 2 τῷ εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ.

Item res se habent c. XXXI, 8, ubi Minucius dicit Christianos se fratres vocare „ut unius parentis dei homines, non ut redemptos, ut Christi fratres" [1]; et c. XXXIV, 6—12, ubi de resurrectione in universum agens de Christi resurrectione tacet [2]. Ea, quae dixit, obtrectationi exempta sunt; id tantum mirum est, quod plura non dixit.

Tum ostendit Kühn Minucium multis locis ea proferre, quae apud philosophos aeque inveniantur. Si autem a vera Christiana doctrina non abhorrent, minime adiuvant ad „silentium" explicandum. Huc pertinent quae Minucius de eunuchis [3], de resurrectione [4], de deo amatore suorum [5] dixit. Quem in modum opinione praeiudicata Kühn ducatur, ostendunt verba eius, quae o. l. p. 49 scripta leguntur, haec: „Das sind Fragen, die nicht beantwortet sind, deren Antwort aber, nach aller Voraussicht, wohl nicht ohne stoisch-materialistischen Charakter ausfallen würde." Sermo hic fuit de animi et corporis post mortem condicione. Nos in parte priore vidimus Minucium de hac re prorsus inter se repugnantia proferre, prius Tertullianum secutus, deinde Graecos. Ergo minime licet conicere Minucium de hominum post mortem condicione subtiliter inquisivisse. Quod praeterea Kühnium offendit Minucium facere deum suos ob

1) Kühn, o. l., p. 41. Cfr. autem, quae sequuntur: *ut consortes fidei, ut spei coheredes* cum Epist. I Petri III, 7: ... *ὡς καὶ συγκληρονόμοι χάριτος ζωῆς, εἰς τὸ μὴ ἐκκόπτεσθαι τὰς προσευχὰς ὑμῶν.*

2) Kühn, o. l., p. 49: Also auch diese Lehre *ist* mit stoischen Grundvorstellungen *in Zusammenhang zu bringen.* Den eigentlichen Kern derselben, die Auferstehung Christi, hat der Apologet nicht getroffen.

3) XXII, 9 (W.); c. f. Kühn, p. 32.

4) XXXIV, 6—12; c. f. Kühn, p, 49 et supra adn. 2.

5) XXXVI, 9; c. f. Kühn, p. 54.

virtutem diligentem, non ob imbecillitatem eorum miserentem, videtur non legisse Veteris Testamenti libri, cui titulus Hiob, primum et alterum caput, praesertim I, 8 [1]).

Multis vero locis Minucius ea dicit, quae cum veritate Christiana congruunt, a philosophorum doctrina abhorrent. Cfr. e. g. Oct. XXXVII, 1: „soli deo, cuius est cedit" (Christianus); et Senecae Epist. ad Lucil. LIX, 14: „cum dis ex pari vivit" (sapiens) [2]). Epictetus et Marcus Aurelius hominem dicunt ἀπόσπασμα θεοῦ; Oct. XXXII, 1 scriptum legitur: „dei homo.... simulacrum" [3]).

Deinde inter ea, quae cum philosophorum verbis congruunt, multa inveniuntur, quae Minucius a Tertulliano mutuatus est. Unum tantum ex iis affero: Kühn putat Minucium Tityi, Sisyphi, Tantali, Danaidum exemplis adductum poenas impiorum descripsisse [4]). Re vera autem Tertullianum hac re paene ad verbum secutus est [5]).

Multis etiam locis Minucius Sacram Scripturam videtur secutus esse. Kühn hoc quidem concedit, sed ait esse locos

1) Καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ Κύριος· Προσέσχες τῇ διανοίᾳ σου κατὰ τοῦ παιδός μου Ἰώβ; ὅτι οὐκ ἔστιν κατ' αὐτὸν τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ἄνθρωπος ἄμεμπτος, ἀληθινός, θεοσεβής, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πραγματος; (H. Barclay Swete, Old Testament in Greek, according to the Septuagint, Cambridge).

2) Cfr. Carlier, Minucius Felix et Sénèque, Musée Belge, I, 1897, p. 289, 290.

3) Kühn videtur non perspexisse (o. l. p. 42, 43), quanti intersit inter simulacrum et ἀπόσπασμα.

4) O. l. p. 50: Es ist die alte *heidnische* Vorstellung von der Ewigkeit göttlicher Strafen.... Es ist dies also wieder eine subjectieve Reflexion, die durch heidnische Anschauungsweise veranlasst wurde.

5) Cfr. pars prior, No. 27.

communes [1]). Unde autem Minucius eos sumpsit? Sive ex apologetarum operibus sumpsit, sive e Christianis audivit, apparet fieri vix posse, ut Christiana doctrina rudis fuerit.

Sed haec utpote minoris momenti mittamus, cum summa rei versetur in doctrina de peccato et gratia a Minucio prolata [2]). Iterum moneo me non id agere, ut demonstrem Minucii verba omnibus numeris cum doctrina Christiana sive reformata sive etiam catholica, quae dicitur, congruere. Nam labor irritus esset, cum Minucius perpauca de peccato et gratia, de peccatorum propter Christum remissione nihil dicat. Reliqui quoque apologetae parum de hac re dixerunt, quamquam plerique plus quam Minucius. Sed silentium capite tertio me explicaturum spero, nunc demonstro Kühnium et qui eum secuti sunt, id minime recte explicuisse ex iis, quae Minucius dixit. Quaestio igitur est, utrum ea, quae Minucius dixit, re vera a Christiana doctrina ita abhorreant, ut merito concludatur eius doctrinam fuisse haereticam aut imperfectam, quo factum sit, ut de his rebus omnino taceret. Supra autem ostendimus, qua via et ratione talem inquisitionem institui oporteat [3]). Praeterea iam vidimus Minucium Pauli apostoli verba secutum indicavisse Christianorum spem omnem in Christo niti [4]).

1) Cfr. o. l. p. 52, a. 1; 53, a. 1, 2; 54, a. 1.

2) Harnack quoque hanc maximi momenti duxit. Cfr. Theol. Litteraturz., 1883, Sp. 125: Die Ausführungen des Verf.'s sind gerade in diesem wichtigsten Capitel ganz vorzügliche (s. über Gottesverehrung, notitia dei, fides, iustitia, Sünde, Weltgericht, Auferstehung).

3) Cf. p. 99, 100.

4) Cf. p. 106.

C. XXXII, 3 scripta leguntur haec verba: *„apud nos religiosior est ille qui iustior"*. Hic Kühn concludit [1]: „Damit aber wird die Religion zur Moral". Carlier vero ostendit Kühnium verbum q. e. *innocentiam* [2]) iniuria interpretari per „Unschädlichkeit" [3]); monet in Sacra Scriptura iustos, id est eos, qui legi divinae obtemperent, electos dici; ergo ea, quae Octavius dicit, cum Sacra Scriptura convenire [4]). Quod si consideramus, c. XXXII, 1—3 ita rem se habere apparet: Kühn ostendit, quibus in verbis Minucius cum Cicerone et Seneca congruat; Carlier hoc quidem concedit, sed ostendit Minucium in nonnullis verbis magis cum Veteris Testamenti locis [5]) congruere. Cum verborum similitudo intercedat modo inter Minucium et philosophos [6]), modo inter Minucium et Vetus Testamentum [7]), difficile ad diiudicandum est, cui quoque loco Minucius sua debeat. Constat autem eum tam philosophos, quam Vetus Testamentum secutum esse [8]); Veteris Testamenti autem scriptores et philosophos et Minucium idem argumentum tractavisse: idololatriae opposuisse spiritualem dei cultum, unde sequitur Minucium hic sibi constare in eruendo philosophorum cum

---

1) O. l., p. 44.
2) Oct. XXXII, 3.
3) O. l., p. 276.
4) O. l., p. 277.
5) Ps. L, 18, 19; 1 Reg. VII, 27; Isaiae I, 11, 18.
6) E. g. *pura mens:* Oct. XXXII, 3; Ciceronis de natura deorum II, 28, 71; Senecae frgm. 123 (Haase)
7) E. g. *capere non possit:* Oct. XXXII, 1; 1 Reg. VII, 27.
8) Cfr. Burger, o. l. p. 29: Auszer Gedanken Senecas schwebten unserm Apologeten aber auch biblische Erinnerungen vor Augen.

Sacra Scriptura consensu [1]), neque a Christianorum consuetudine abhorrere, qui Vetere Testamento imbuti saepe eo uterentur, ut veritatem Christianam confirmarent [2]) [3]).

Alter locus, ex quo Kühn [4]) derivat Minucium de peccato et gratia aliter iudicare atque Christiani solent, est Oct XXXV, 4, 5: „Eos autem merito torqueri, qui deum nesciunt, ut impios, ut iniustos, nisi profanus nemo deliberat, cum parentem omnium et omnium dominum non minoris sceleris sit ignorare quam laedere. Et quamquam imperitia dei sufficiat ad poenam, ita ut notitia prosit ad veniam, tamen si vobiscum Christiani comparemur, quamvis in nonnullis disciplina nostra minor est, multo tamen vobis meliores deprehendemur." Kühn ait e Minucii opinione notitiam (per intellectum acquisitam) dei et iustitiam iustificare [5]). Errat autem primum quod putat notitiam dei ad intellectum solum pertinere, deinde quod non sentit vim verbi, q. e. *venia,* neque animadvertit verba, q. s. *quamvis in nonnullis disciplina nostra minor est.*

---

1) Cfr. Harnack, Texte und Untersuchungen, XXXIX, 1, p. 24, a. 1: Es liegt hier (κινεῖσθαι, Act. Ap. XVII, 28) *wieder* ein Fall vor, wo der biblische LXX - Sprachgebrauch und der stoische convergieren. a. 2: Wieder das Convergieren.

2) Cfr. Act. Ap. VII, 49, 50.

3) His consideratis facile intellegitur, cur Minucius iis consentiret, qui aiebant philosophos „de divinis praedicationibus prophetarum umbram interpolatae veritatis imitatos esse" (XXXIV, 5). Erat enim Sacra Scriptura multo antiquior philosophis. Augustinus primus, quod sciamus, rem alio modo explicuit. Cfr. De civ. dei VIII, 12 (p. 98 adn. 2).

4) O. l. p. 50—52.

5) O. l. p. 51.

De notionibus, q. s. notitia dei, deum cognoscere, imperitia dei, alia eiusmodi nuper scripsit v. d. E. Norden in libro, qui inscribitur *Agnostos Theos*[1]). Ostendit notionem, q. e. ἄγνωστος θεός, ab antiquis Graecis alienam fuisse[2]), etiam verba, q. s. γιγνώσκειν θεόν, γνῶσις θεοῦ, alia eiusmodi apud Graecos et Romanos, qui ante Alexandri Magni tempora scripserunt, valde raro inveniri[3]), postea autem saepe scripta legi tam verba, q. s. ἄγνωστος θεός, quam γιγνώσκειν θεόν, γνῶσις θεοῦ[4]), id quod ita explicat[5]): „Das Gemeinsame aller oben S. 65 ff.) aus gnostischer Literatur angeführten Zeugnisse für den ἄγνωστος θεός ist dies, dasz dieser Gott, den die Menschen aus sich selbst heraus nicht zu erkennen vermögen, sich ihnen durch *Offenbarung* zu erkennen gab: diese Offenbarung ist sein Gnadenbeweis für die in ἀγνωσία dahinlebende Menschheit. Die γνῶσις θεοῦ kann also gar nicht eine Errungenschaft des Intellekts sein, sondern sie ist das Gnadengeschenk Gottes für ein seiner Sündhaftigkeit sich bewusztes und daher für diese Gnade Gottes empfängliches Gemüt. So werden wir von der Betrachtung des negativen Begriffs zu dem positiven

---

1) E. Norden, Agnostos Theos, Untersuchungen zur Formengeschichte religiöser Reden, Teubner, 1913.

2) O. l. p. 83: Die Existenz einer Prädikation Gottes als ἄγνωστος ist in Urkunden, die eindwandfrei reinhellenisch sind, nicht nachweisbar, . . ., p. 85: die Möglichkeit seiner vernunftmäszigen Erkennbarheit ist . . . . nie in Frage gestellt worden.

3) O. l. partis prioris II, 3, B: Γιγνώσκειν θεόν, γνῶσις θεοῦ in hellenisch-römischer Litteratur, p. 87—94

4) Ibidem, II, 3 C: Γιγνώσκειν θεόν, γνῶσις θεοῦ in den orientalischen und synkretistischen Religionen, p. 95—114.

5) O. l., p. 87.

hingeführt: der Begriff ἄγνωστος θεός setzt, wie wir bei Irenaios lasen, die Möglichkeit der γνῶσις voraus."

Quid autem quod ad Minucium attinet? Primo obtutu verisimile videtur eum notionem, q. e. *notitia dei,* eodem sensu accepisse atque in Vetere[1]) et Novo Testamento[2]) intellegebatur. Attamen c. XIX, 14 dictum Platonis refert, quo ille professus est fieri posse, licet minus facile, ut deus intellectu cognosceretur. Hoc scriptum legitur Tim., 28, C: τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν[3]).

Haec Platonis verba deinceps rettulerunt e Graecis Iustinus, e Latinis Tertullianus, Minucius, Lactantius. Cum veri simile sit Minucium Tertulliani, Lactantium Minucii locum legisse, Latinos primum considerabo, deinde quod invenero cum Iustini loco conferam. Loci Latinorum sunt hi:

Tert., Apol. XLVI, 9: Deum quilibet opifex Christianus et invenit et ostendit, et exinde totum, quod in deum quaeritur, re quoque adsignat; licet Plato affirmet factitorem universitatis neque inveniri facilem et inventum enarrare in omnes difficilem.

---

1) Cfr. Norden, Agn. Th., p. 63.

2) Cfr. Norden, Agn. Th., p. 64; p. 64, a. 2: Dasz ἀγνωσία θεοῦ für Paulus hier „ein positiver Begriff ist, in dem sich mit dem Fehlen höherer Erkenntnis Weltliebe und sündige Neigung verbinden," hat Reitzenstein, Die hellenistischen Mysterienreligionen (Leipz. 1910) 120 bemerkt: er findet sich genau so in den hermetischen Schriften, fast synonym mit ἀσέβεια, während γνῶσις = εὐσέβεια ist, vgl. besonders Poimandres Kap. 7; wir werden weiter unten darauf zurückkommen.

3) Cfr. verba, quae Norden praeterea laudat: 28 A: mundi patrem esse νοήσει μετὰ λόγου περιληπτόν, in fine operis: mundum esse εἰκόνα τοῦ νοητοῦ θεὸν αἰσθητόν.

Minucii Oct. XIX, 14: Platoni itaque in Timaeo deus est ipso suo nomine mundi parens, artifex animae, caelestium terrenorumque fabricator, quem et invenire difficile prae nimia et incredibili potestate, et cum inveneris, in publicum dicere impossibile praefatur. 15. Eadem fere et ista, quae nostra sunt: nam et deum novimus et parentem omnium dicimus et nunquam publice nisi interrogati praedicamus.

Lactantii Inst. Div. I, 8, 1: cuius (dei) vim maiestatemque tantam esse dicit in Timaeo Plato, ut eam neque mente concipere, neque verbis enarrare quisquam possit ob nimiam et inaestimabilem potestatem.

Norden, qui Iustini et Tertulliani locos aut nesciit aut omisit, adnotat [1]) ad Lactantii locum: „Da die letzten Worte *ob nimiam et inaestimabilem potestatem* bei Platon nichts entsprechendes haben, so ist klar, dasz Lactantius diesen überhaupt nicht nachgesehen, sondern das ganze Citat aus Minucius *(prae nimia et incredibili potestate)* genommen (den er bald nachher — I 11, 55 — und dann wieder V 1, 21 zitiert) und an der wichtigsten Stelle einfach ins Gegenteil verdreht hat, in maiorem gloriam des christlichen Gottes." Si vero Iustinum et Tertullianum quoque comparamus, rem aliter se habere apparebit. Tertullianus nihil aliud in animo habet, nisi ostendere, qua in re Christiani et philosophi differant, ergo eius non interest, cur Plato deum inveniri et enarrari non facile putet. Minucius, qui semper similitudines captat, dicit Christianos novisse quidem deum, ut Tertullianus, sed

---

1) O. l., p. 84, a. 1.

publice nisi interrogatos non praedicare. Bene novit hoc non idem esse atque Platonis *in publicum dicere impossibile.* Cfr: *Eadem fere et ista, quae nostra sunt.* Minucii de hac re cogitantis intererat explicare, cur deus Platoni difficilis ad cognoscendum videretur. Hanc ob rem inseruit verba, q. s. *prae nimia et incredibili potestate,* quae verba ostendunt Minucium de deo cognoscendo aliter iudicare atque Plato, qui e. g. dixisset: *prae maxima et immensa potestate.*

Verbis enim, q. s. *nimia* et *incredibili* Minucius indicat se putare deum maiorem esse, quam ut hominum mente comprehendatur [1]). Lactantius verba Platonis non primus commutavit, sed Minucium secutus ea liberius e Minucii et sua sententia rettulit. Quod idem iam fecit Iustinus, qui primus omnium apologetarum, quorum opera supersunt, hunc locum laudavit Apol. II, 10, 6: Ὁ δὲ (ὁ Σωκράτης) *δαίμονας μὲν τους φαύλους . . . ἐκβαλων τῆς πολιτείας . . . τους ἀνθρώπους . . . πρὸς θεοῦ δὲ τοῦ ἀγνώστου αὐτοῖς διὰ λόγου ζητησεως ἐπίγνωσιν προυτρέπετο, εἰπών·* Τὸν *δὲ πατέρα καὶ δημιουργὸν πάντων οὐδ' εὑρεῖν ῥᾴδιον, οὐδ' εὑρόντα εἰς πάντας εἰπεῖν ἀσφαλές.* Eum suam sententiam Platonis verbis subdidisse sequitur e Nordenii verbis, quae p. 116 laudavi; ilum sermonem per quem deus ignotus inveniatur, non esse hominis intellectum videmus ex Apol. II, 10, 8: *δύναμις τοῦ ἀρρήτου πατρος καὶ οὐχὶ ἀνθρωπείου λόγου κατασκευή.*

Iustino, Tertulliano, Lactantio comparatis iam apparuit

---

1) Cfr. XIX, 13: Nam Socraticus Xenophon formam dei veri negat videri posse et ideo quaeri non oportere, Ariston Stoicus comprehendi omnino non posse: uterque *maiestatem dei intelligendi desperatione senserunt.*

Minucium Platonis verba opinione praeiudicata ductum leviter immutavisse, id quod alio quoque loco fecit [1]).

Nihil igitur impedit, quominus statuamus Minucium notionem q. e. notitia dei, eodem modo intellexisse atque Sacrae Scripturae auctores et reliqui Christiani.

Hac autem dei notitia carere causam esse iudicii aeterni, Paulus apostolus quoque docet. Cfr. e.g. Epist. II ad Thess. I, 8: ἐν τυρὶ Φλογὸς, διδόντος ἐκδίκησιν τοῖς μὴ εἰδόσι Θεόν. [2])

Deinde Kühn verbum, q. e. *venia* explicat per *remunerationem* [3]). Sed venia nusquam habet notionem merendi. Apud Minucium praeterea uno tantum loco invenitur, scil. XXVIII, 2: „nec tanto tempore aliquem existere, qui proderet, non tantum facti veniam, sed etiam indicii gratiam consecuturum." Hic inter se opponuntur *facti venia*, id est *remissio*, et *indicii gratia*, quae merendi notionem quendam continet.

Denique Kühn non vidit notionem peccandi Christianam

---

1) Cfr. pars prior, no. 15.

2) Cfr. Norden, Agn. Th., p. 3: 'Gotteserkenntnis' war schon ein der prophetischen Religion bekannter Begriff gewesen, wurde dann aber in der christlichen ein zentraler; in den Konkurrenzkämpfe der hellenistischen Religionen, mit Einschlusz der judisch-christlichen, war γνῶσις θεοῦ so zu sagen die Parole, mit der die Missionare Propaganda trieben: wer die wahre γνῶσις brachte — und nur eine konnte die wahre sein —, garantierte den Gläubigen auch die wahre Gottesverehrung, denn γνῶσις und εὐσέβεια war in diesen Kreisen eins. Auf diese Tatsachen, die im allgemeinen bekannt sind, u.s.w.

3) O. l. p. 52: venia ist mehr die Errungenschaft menschlicher Verdienst, gleichsam eine juristische Gegenleistung Gottes für vorher vom Menschen erfüllte Bedingungen.

inesse in verbis, q. s. *quamvis in nonnullis disciplina nostra minor est* [= quamvis in nonnullis nostrum disciplina nostra minus valet ad mores regendos [1]).]

Si enim Minucius dicit de disciplina, quae plus minusve valet in hominum voluntates dirigendas, atque invenimus eam disciplinam Minucii opinione esse divinae originis, sequitur, ut habuerit notionem peccati, quod versatur in lege divina violata [2]), quae notio a philosophis Graecis aliena fuit [3]).

Praeterea mitissime est gloriatus Christianorum morali sinceritate. Cfr. „quamvis *in nonnullis* disciplina nostra *minor* est, *multo* tamen *vobis meliores* deprehendemur." Hoc certe humilius dictum est atque ostendit Minucium minime putavisse ullum Christianum omni ex parte perfectum esse. Galenus quamquam ipse Christianus non erat, Christianos in eundem modum laudavit atque Minucius dicens [4]): sunt etiam qui in animis regendis coercendisque et in acerrimo studio eo progressi sint, ut nihil cedant vere philosophantibus.

Quae cum ita sint, Carlieri viam negationis ingressi facile ostenderemus Minucium de peccatorum in Christo remissione eodem modo iudicare atque Paulus, certe atque ei, qui putent dei in Christo gratiam hominis infirmiori voluntati subvenire. Constat de remuneratione meritorum omnino sermonem non esse apud Minucium.

---

1) Cfr. Waltzing, ed. 1909, comm. p. 169, 170.

2) Cfr. XXXIII, 3 de Iudaeis: quamdiu *praeceptis salubribus obtemperaverunt.*

3) Cfr. p. 122, adn. 5.

4) De sententiis politiae Platonicae. Cfr. Harnack, Mission I², p. 183.

Quod attinet ad fatum, Minucius suum propositum disertis verbis praemisit: *„Nec de fato quisquam aut s o l a c i u m c a p t e t aut e x c u s e t eventum*[1]*).“* Utrum ei contigerit efficere, quod sibi proposuit necne hic non quaeritur. Kühn multa ille quidem dicit, sed obliviscitur Minucium pollicitum esse se de fato alias et uberius et plenius disputaturum[2]). Dubitari non potest, quin Minucius sibi proposuerit ostendere homini ipsi facta sua praestandum esse, non fato ita ascribi posse, ut homo culpa vacaret. Attamen Kühn dixit[3]): „Es fehlt der Sünde also gerade ihr Charakteristisches: das Ethische“; ait etiam Stoicos posteriores a Christiana doctrina in hac re propius abesse quam Minucius, quia de hominum peccatis et miseriis multa loquantur[4]). Non distinguit inter miseriarum sensum et poenitentiam peccati, id est legis divinae transgressionis, culpae erga deum[5]). Stoici, qui deum vivum nescirent, neque peccati naturam noverunt; Minucius docens deum esse vivum, esse iudicem, efficit, ut peccati notio concipi possit. Quod de hominum miseria minus dicit, quam Stoici: consentaneum est Stoicos sapientis

1) XXXVI, 1.
2) XXXVI, 2.
3) O. l. p. 60.
4) Cfr. autem, quae Norden dicit de vocabulis q. s. *μετάνοια* et poenitentia (o. l. p. 134—140), e. g. haec verba: so sagt Bonhöffer mit Recht, dasz sich in diesem Worte (*ἀμετανόητος*) (sowie *μετάνοια*, *μετανοεῖν*) gewissermaszen der Gegensatz des antiken und des christlichen Denkens spiegle.
5) Norden (Agn. Th., p. 134, a. 1) iure dixit: Wie stark das Gefühl der Verschuldung ('Sünde' würden wir *mit christlicher Nüance* sagen), u.s.w.

Cfr. notio conscientiae, quae antiquis paganis aliena apud Minucium invenitur (XXXV, 6).

imaginem consequi desperantes animum despondere; Christianos, qui dei gratia adiuti cum daemonibus et peccatis decertent, victoriis iam reportatis gloriari.

Omnibus locis, e quibus Kühn demonstrari posse putat Minucii doctrinam imperfectam aut haereticam fuisse, recensis, iam apparuit quaestionem, cur tam pauca de Christiana doctrina dicat, ratione ac via quam ille ingressus est, profligari minime posse. Minucius nunquam data opera a doctrina Christiana discessit, nunquam in hac re Tertullianum aut Iustinum oppugnavit.

Huc accedit, quod Harnack suam coniecturam ipse reicere videtur. Putat enim Minucium ab aliis apologetis non prorsus discrepare, omnes autem quod ad doctrinam de peccato, de gratia, de iudicio attinet a regula fidei ita discessisse, ut Kühn de Minucio ostendit.

Quid autem quod idem Harnack alio loco dicit fieri non posse, ut e Tertulliani et Iustini apologiis definiatur, quae fidei eorum summa fuerit[1]; causa autem nulla est, cur de

---

1) Harnack, Dogmengeschichte, I[1], p. 542: Allein mindestens Justin hat ganz deutlich das Bestreben kundgethan, die *historischen Aussagen von Christus in die philosophisch-moralischen Heilslehren hineinzuziehen und Jesus Christus als den Erlöser zu fassen.*

Adn. 1: In den polemischen Schriften des Justin musz dies noch viel stärker hervorgetreten sein. So findet sich in einem Fragment aus der Schrift πρὸς Μαρκίωνα, das Irenaeus (IV, 6, 2) mitgetheilt hat, der Satz: „unigenitus filius venit ad nos, suum plasma in semetipsum recapitulans." Also hat bereits Justin das Theologumenon von der recapitulatio per Christum vorgetragen (s. auch Dial. c. Tryph. 100). Vergleicht man das Apologeticum Tertullians mit seinen antignostischen Schriften, so erkennt man leicht, wie unmöglich es ist, den

Minucio non idem statuamus[1]).

Kühnii et Harnackii coniectura neque argumentis certis demonstrari potest, neque demonstrata sufficeret ad quaestiones, quas primo capite posuimus, solvendas. Prima ne attingitur quidem, tertia multo gravior fit, id quod statim perspicitur apertis Harnackii verbis, quae, postquam de Kühnii opere iudicium tulit, dixit, collatis. Sunt haec[2]): Diese (die philosophisch gebildeten) Apologeten haben zu der christlichen Botschaft das Zutrauen gehabt, dasz sie die *Kraft* sei, welche sie bisher umsonst gesucht. Alles andere brachten sie selbst mit und legten es in das Christenthum herein; aber die Kraft ein neues Leben zu leben und selig zu werden, haben sie ihm entnommen. Das ist eine Thatsache und ein Räthsel zugleich. Von der Kraft ihrer Beweise haben sie nicht gelebt, und auch jene Ueberzeugung, dass die christliche Offenbarung alles Grosze und Gute unfehlbar sichergestellt habe ist nur Folge und nicht Fundament.

Ei vero, qui putat Christianos illius quoque aetatis eo firmissimos fuisse, quod sciebant se per Christi sanguinem cum deo reconciliatos esse, hoc aenigma solutum est; ei via patefacta est ad quaestiones, quas supra memoravi, profligendas.

Umfang des christlichen Glaubens und Wissens Tertullians ausschliesslich nach jener Schrift zu bestimmen. Dasselbe wird — wenn auch in geringerem Masse — bei den apologetischen Schriften Justins der Fall sein.

1) Constat Tatianum quoque, quippe qui Diatessaron composuerit, multo plus de Christo sciisse, quam in oratione ostendit.

2) Theol. Litteraturz., 1883, Sp. 126.

Transeamus iam ad iudicandos eorum conatus, qui salva Minucii fide Christiana alias causas quaerunt, quibus rem explicent.

V. d. C. Roeren[1]) putavit Minucium disciplina arcani, quae vetaret mysteria ecclesiae prodere, adductum de tam multis rebus tacuisse. Demonstrari autem non potest eam disciplinam Minucii aetate quicquam valuisse, neque plus Tertulliani et Iustini temporibus. Praeterea „siluit" Minucius de multis rebus, quae disciplina arcani non continebantur.

Reliqui omnes silentium Minucii explicare conati sunt ex eius proposito. Id autem propositum trifariam intellegitur. Sunt, qui putent Octavium esse refutationem libelli in Christianos scripti; v. d. Elter coniecit Octavium esse epistulam consolatoriam ad cognatos Octavii datam; permulti existimant Minucium scripsisse, ut paganos Christianismo conciliaret.

V. d. Th. Keim in libro, qui inscribitur *Celsus' Wahres Wort* sibi proposuit ostendere crimina, quae Caecilius Christianis infert e Celsi Ἀληθεῖ λόγῳ magnam partem recepta esse[2]). Quod, etiamsi verum esset[3]), nihil explica-

---

1) Minuciana, Progr. Bedburg, 1859, p. 9.

2) O.i. p. 152, 157, 158.

3) Cfr. quae in prooemio et in parte priore de traditionalismo, qui vocatur, dicta sunt.

Keim ipse concedit (p. 152): Durch diese Thatsache (Entlehnung aus Celsus) ist ja nicht ausgeschlossen, dass Minucius vielfach selbständig verfährt.

ret. Celsus enim de Christo permulta dixit; cur Minucius ea fere omnia omisisset, si Celsum in conscribenda Caecilii oratione secutus esset, Keim non explicuit. Itaque pauci hanc coniecturam adhibuerunt ad quaestiones, quas supra dixi, explicandas.

V. d. Seiller [1]) attulit Crescentem, de quo Iustinus dixit Apol. II, sed de Crescentis libro nihil notum est.

Plures movit coniectura v. d. M. Schanzii. Ille putavit [2]) Minucium in conscribendo Octavio usum esse oratione M. Cornelii Frontonis; atque cum sibi proposuisset Frontonem refutare, ei opus non fuisse, ut plus de Christo, de revelatione diceret. Multi eum refellerunt [3]), quorum argumentis in universum consentio et hoc novum addo: Minucius operam navavit, ut Caecilius denique de providentia fateretur [4]); Fronto providentiam esse credidit [5]). Ceterum Schanz tertiam quaestionem ne attigit quidem.

V. d. A. Elter [6]) arbitratus est Octavium esse epistulam consolatoriam ad Christianos Octavii cognatos et amicos datam, ideoque opus non fuisse, ut doctrina Christiana in

---

1) P. B. Seiller. De sermone Minuciano, Diss. inaug., Augsburg, 1893, p. 10.

2) Cf. Rhein. Mus. 50 (1895), p. 114—137; Gesch. der röm. Litt III², p. 271—273.

3) Cfr. e. g. E. Norden, De M. Felicis aetate et genere dicendi, p. 5—7; H. Boenig, M. Minucius Felix, p. 18, a. 2; A. Ehrhard, Strassb. theol. Stud., Supplementbd. 1 (1900), p. 287.

4) Oct. XL, 2.

5) Cfr. Pauly-Wissowa, Realencycl. sub voce (Brzoska), e. g. Sp. 1326.

6) O. l. p. 1—36.

eo exponeretur [1]). Quamquam multis numeris cum eo consentio atque existimo eum bene fecisse, quod primum quaesivit, utrum ea, quae Minucius narrat, re vera facta sint necne, „silentium'' Minucii mihi videtur minime explicuisse. Prius fieri potest, ut Christi nomen in apologia, quam in epistula a Christiano de Christiana fide cum paganorum de rebus divinis opinionibus comparata ad Christianos scripta desideretur.

Quae v. d. P. Klap [2]) de Minucii opere dixit, vix digna sunt, quae commemorentur. Ait Octavium scriptum esse, ut Christianos ex Africa, Christianos e Roma ortos, paganos religiosos (ut e. g. Caecilium), Gnosticos, Montanistas, eorum adversarios, hos omnes in una ecclesia catholica inter se conciliaret. Merito v. d. Klap dixit in suam quoque commentationem cadere verba, q. s. Etiam nunc tamen aliqua consubsidunt, de quibus crastino . . . requiremus.

Hi viri existimaverunt Minucium id sibi proposuisse, ut paganos cum Christianismo conciliaret:

A. Faber, P. de Félice, B. Dombart, E. Renan, G. Boissier, H. Boenig, P. Monceaux. Iis consenserunt O. Grillnberger, A. Ehrhard, V. Carlier, J. P. Waltzing, P. de Labriolle, [3]) G. J. Louwerens, D. Plooy [4]).

---

1) O. l. p. 34: Unter Christen kann auf alles Dogmatische verzichtet werden.

2) Theologische Studiën 31 (1913), III, p. 182—194).

3) L'Octavius de M. Felix, Revue de Cours et de Conférences, 1904, p. 114—125.

4) Op de grenzen van Antike en Christendom, Stemmen des Tijds, 1914, no. 6, p. 643—668; no. 7, p. 774—798.

In prooemio iam dixi me in universum cum iis facere. Oportet igitur me hoc loco exponere, quibus in rebus ea, quae scripserunt, mihi displiceant, ut praemuniam caput tertium, quo quaestiones primi capitis subtilius et copiosius tractare in animo habeo.

Imprimis id me offendit in nonnullis, quod per vim, ut ita dicam, conantur efficere Minucium omnibus numeris eidem Christianae doctrinae atque ipsi studiosum fuisse. Exempli causa unum afferam, v. d. V. Carlierum, de cuius via negationis iam dixi. Via vero negationis non invenitur, quid quis sentiat, sed quid fieri possit, ut quis sentiat. Hoc axioma Carlier neglexit, dummodo Minucium in numero suorum collocet. Neque cautius agit, cum efficere conatur Minucium, quod ad cultus caerimonias attinet, idem cogitasse atque ipse cum suis [1]), his locis nisus: Oct. XXIX, 8: „crucis signum est cum homo *porrectis manibus* deum pura mente veneratur''; Oct. XXXIII, 2: „Sed Iudaeis nihil profuit, quod unum et ipsi deum *aris atque templis* maxima superstitione coluerunt'' [2]). Qui nimium probat, nihil probat. [3])

Tum primam quaestionem, e tribus quas capite primo posui, plerique omiserunt, temere conicientes, quid Minu-

1) Min. Felix et Sénèque, Musée Belge, I, 1897, praesertim p. 281—283.

2) Cfr. l. l. p. 281, 282: Pourquoi n'y aurait il pas quelque chose de semblabe dans la religion du peuple chrétien dont le Dieu est celui des Juifs?

3) Cfr. Burger, M. F. und Seneca, p. 39: So kommts, dasz Carlier rechte Mühe hat, und 18 Seiten hindurch.... mancherlei Künste der Logik und Hermeneutik spielen lassen musz, um den Leser glauben zu machen, dasz M. F. trotz 32, 1—4 den kirchlichen Anschauungen über le culte in keiner Weise zu nahe getreten sei.

cius sibi proposuerit. Cur id sibi proposuerit, soli G. Boissier et P. Monceaux explicant arbitrati Caecilii conversionem re vera factum esse. Ceterum nonnulli singulis vocabulis nimiam vim attribuunt: e. g. Boenig [1]) et Waltzing vocabulo, q. e. propositum [2]). Cfr. quae Waltzing dixit [3]): Ad propositum „pour notre thèse." On voit ici que le dessein de Minucius est simplement de réfuter les païens instruits et de les amener au seuil du christianisme par les seuls arguments qu' ils puissent comprendre, les arguments philosophiques. Voy. chap 39. Sed qui attente totum caput XXXIV legit, videt Minucium his verbis nihil aliud significare nisi Platonis mimi convicio dignam sententiam non impedire, quominus statuat *„etiam in hoc sapientes vestros in aliquem modum nobiscum consonare."* De proposito totius libri nihil dicit.

Quod attinet ad alteram quaestionem solvendam, cui praecipue operam dant, valde inter se dissentiunt et saepe res leviter tractant.

Faber, Carlier, De Félice aiunt Minucium id tacuisse, quod *gentibus stultitia* esset [4]). Sed Minucius multa dixit, quae tamen gentibus stultitia erant. Cfr. e. g. Act. Apost. XVII, 32: Ἀκούσαντες δὲ ἀνάστασιν νεκρῶν, οἱ μὲν ἐχλεύαζον· οἱ δὲ εἶπον· Ἀκουσόμεθά σου πάλιν περὶ τούτου, cum Oct. XXXIV, 9—11. Boenig et alii putant Minucium in oratione Caecilii crimina rettulisse, quae saepe inter aequales audiverat, atque haec sola refutare [5]). Cum autem Caecilius de Christi resurrectione

1) O. l. p. 16.
2) XXXIV, 8.
3) Ed. 1909, Comm., p. 166.
4) Cfr. Carlier, Rapport, etc. (p. 105, adn. 5), p. 269.
5) O. l. p. 17.

dicat[1]), Octavius eo loco, quo de hominum resurrectione loquitur, de Christo omnino taceat, apparet hanc explicationem, etiamsi vera esset, non sufficere. Ceterum Minucium, ea sola, quae audiverat, temere suo libro recepisse veri simile non est: suo ingenio usus quae undique collecta habebat digessit et composuit, ut si de Christo copiosius loqui voluisset, locum idoneum facile invenisset.

Num Minucius ideo de multis rebus tacuit, quod sibi proposuerat Christianam doctrinam cum philosophorum doctrina quam artissime conectere? Ita explicant Renan, Boissier et in eundem fere modum D. Plooy. Si ea tantum dicere sibi proposuit, quae philosophi similia dixerant, ei tacendum erat de Christo deo, de resurrectione carnis; si de his quoque rebus dixit, cur non etiam alia tractare poterat?

Quae Renan et Monceaux protulerunt de gradibus religionis scientiae quorum primus esset deismus, qui vocatur, quem Minucium docuisse dicunt, a veritate longe abhorrent. Cfr. Harnack, Mission, u.s.w. I², p. 85; „Von keiner Betrachtung waren die alten Christen weiter entfernt, als von der, welche man die deistische nennt. Sie kannten den Vater im Himmel, sie wuszten, dasz Gott ihnen nahe sei, dasz er sie leite." Haec omnia in Minucium quadrant.

Coniectura quam fecit P. de Félice[2]) et alii receperunt: Minucium in aliis scriptis summam Christianae doctrinae exposuisse, nullo argumento confirmatur. Recte admonuerunt

---

1) XI, 7—9, praesertim haec verba: figmenta .... a vobis .... in deum vestrum turpitur reformata sunt.

2) O. l. p. 117.

nonnulli fieri non potuisse, ut Minucius summam fidei indicaret vocabulo, q. e. *aliqua,* quod scriptum legitur c. XL, 2, ubi Caecilius nonnulla ad diem crastinum differt.

Praeterea De Félice c. XXXVI, 2 haec verba: *„Ac de fato satis, vel si pauca, pro tempore, disputaturi alias et uberius et plenius,"* laudans suam argumentationem magis debilitat, quam confirmat. Conferamus modo librum, quem Athenagoras eodem modo in Apologia promittit [1]: nihil continet, nisi demonstrationem mere philosopham. Causa autem nulla est, cur putemus Minucium, si re vera scripserit de fato, non idem fecisse.

Tertiam denique quaestionem viri docti, quos supra nominavi, omnino non solverunt. Ad unum omnes pro conversione inducunt conversionis praeparationem [2]. Minucius vero c. I, 4, 5 suam et Octavii conversionem in eodem ordine habet atque conversionem Caecilii in dialogo narratam. Cfr. I, 4: „et cum discussa caligine *de tenebrarum profundo* in lucem *sapientiae et veritatis* emergerem, non respuit comitem"... et I, 5: „sermone... quo Q. Caecilium *superstitiosis vanitatibus etiamnunc inhaerentem* disputatione gravissima *ad veram religionem* reformavit." Cfr. praeterea XL, 4, ubi absolute dicitur: *„Caecilius quod crediderit,"* id est fidelis factus est.

Apologetae catholici, qui dicuntur, nostrae aetatis docent praeambulam, quam vocant, fidei, in qua verae religionis imperiti rationis argumentis ad religionem quandam natu-

1) c. XXXVI in fine.

2) Cfr. e. g. Louwerens, o. l. p. 60: Slechts die verwijderde voorbereiding heeft Minucius zich in zijn Apologie tot taak gesteld.

ralem reformantur, ut idonei fiant ad revelationis mysteria accipienda; et putant Minucii librum talem praeambulam esse. Rehm vero iure monuit Minucii aetate nondum inter revelationem naturalem et supranaturalem, quae dicitur (universam et specialem potius dixerim, quia omnis revelatio „supranaturalis" est) distinctum esse [1]). Haec dixit in Kühnium, qui spinosas divisiones a Minucio factas esse ait; sed quadrant in eos quoque apologetas catholicos.

Tum de praeparatione, quam coniciunt, varie iudicant. Plerique putant Octavii orationem idoneam esse, per quam homo ut Caecilius ad religionem Christianam praeparetur. Hanc rem a parte rhetorica inquisivit v. d. G. Charlier [2]): ait Minucium via et ratione progressum esse, ut Caecilii animum ferventiorem flecteret. V. d. D. Plooy inter alia argumenta, quibus efficiat fieri potuisse, ut Caecilius re vera oratione Octavii conversus sit, hoc quoque affert: Caecilium, cum Octavius loqui inciperet, iam Christianae religionis virtute commotum esse licet ad inimicitias acerbas.

Prorsus aliter iudicant Renan et Monceaux. Renan dixit de Oct. XL, 2 [3]): „C'est là probablement une fiction de l'auteur; les inscriptions de Constantine, en effet, nous montrent Caecilius ou son fils remplissant des devoirs païens." Monceaux [4]) ait: „La volte-face de Caecilius est absolument invraisemblable" [5]).

Nemo, nisi fallor, in hac opinionum silva mecum errans

1) Philol. Rundschau, III, 1883, N°. 38, Sp. 1205.

2) Le Dialogue dans l' Octavius de M. Felix, Musée Belge X, 1906, p. 75—82.

3) Marc-Aurèle et la fin du monde antique^3, p. 402, a. 3.

4) Histoire littéraire de l' Afrique chrétienne, I, p. 499.

5) Cfr. p. 77, adn. 1.

dubitabit, quin certum sit eos quoque, qui „silentium" Minucii e proposito eius explicare conentur, rem non profligavisse.

Cum igitur viri docti e „silentio" profecti tres illas quaestiones primi capitis aut omnino non solverint, aut pravis argumentis nisi, aut non satis, opus est nova via et ratione, ut res ad finem perducatur.

CAPUT III.

QUID MINUCIUS FELIX IN CONSCRIBENDO DIALOGO, CUI TITULUS OCTAVIUS, SIBI PROPOSUERIT.

Ut genus et naturam Minuciani operis ex proposito eius accuratius explicem, ordior a conversione, in qua versatur tertia e quaestionibus primo capite positis. Imprimis quaeritur, utrum a Minucio ficta sit an re vera facta[1]). Si re vera facta est, caput est totius rei; sin ficta, non item.

Plerique viri docti, qui de Minucio scripserunt, existimaverunt ea, quae narravit, aut omnia, aut magnam partem ad historiae fidem scripta esse[2]), negaverunt soli Kühn et Boenig. Veri simile est Minucium, qui Ciceronem sequitur, aeque ac Ciceronem in dialogum personas, qui re vera

1) De eiusmodi quaestionibus cfr. Elter, Prolegomen. p. 10: Das sind freilich nur bescheidene Vorfragen, aber es versteht sich ziemlich von selbst, dasz sie die Grundlage jeder Erörterung über die Stellung und Bedeutung des Octavius sein müssen und sein sollten.

2) Cfr. Faber, p. 28; Dombart. p. VII; Schwenke, p. 286; Baehrens, p. VII; G. Boissier, La fin du paganisme, p. 305, 308; Monceaux, p. 479, 480; Elter, p. 1—36,

Schanz (Rhein. Mus. 1895, p. 129) putat dialogum quidem fictum esse, sed dialogi personas vixisse.

vixerunt, introduxisse. Non solum nomina gentilicia, q. s. Minucius, Octavius, Caecilius passim in Africa lapidibus insculpta inventa sunt, sed etiam plena nomina: Minucius Felix in Numidia [1]), Octavius Ianuarius Saldis, Caecilius Natalis Cirtae [2]). Permultos prooemii actiones commotae miro sensus ardore, summa diligentia descriptae adduxerunt, ut putarent haec omnia ad veritatem enarrata esse. V. d. A. Elter in priore Prolegomenorum in M. Felicem parte copiose de hisce rebus disseruit. Primum ostendere voluit dialogum paulo post Octavii mortem scriptum esse, deinde neque personas neque facta, quae Minucius narravit, esse ficta, tertium Octavium occasione oblata scriptum esse, scil. ad consolandos Octavii recens mortui cognatos et amicos. E verbi vero, q. e. *inhaesit* [3]) tempore perfecto Elter mea opinione iniuria derivat Octavium recens esse mortuum [4]); (de Octavii proposito infra agemus); satis ostendit Minucii prooemium verae narrationis simillimum esse, ut eius praestantia, si fictum esset, difficilius explicaretur. Nam ne Ciceroni quidem contigit, ut conscriberet prooemium ita ad historiae fidem assimilatum.

Quae Boenig huic opinioni opposuit [5]) facile redarguuntur. Ait iter longius esse, quam ut a senioribus viris pedibus

---

1) C. I. L. VIII, 1964, 12499.

2) Cfr. Elter, p. 16.

3) Oct. I, 1

4) Elter, o. l. p. 21: Es ist Tempus der Erzählung. — L. Valmaggi, Sul prooemio dell' Ottavio, Rivista di Filologia e di istruzione classica, XXXVIII (1910), p. 66: inhaesit potrebb' essere un perfetto d' abitudine, secondo l' uso frequente, per imitazione poetica, dei prosatori dell' età imperiale.

5) O. l. p. 30, 31.

faceretur; veri simile non esse Minucium, qui „siccandis umoribus" Ostiam petivisset, diu „in petrarum obicibus" sedisse; „testarum in mare iaculationem" per fluctus fieri non potuisse. Quod ad iter, pedibus, ut ait Boenig, confectum attinet, cfr. quae Kiessling adnotat ad Horatii Sat. II, 5, 5 et 6:

hoc iter ignavi divisimus altius ac nos praecinctis unum:

„altius praecinctis: von dem Fuszgänger übertragen... dasz sie wirklich zu Fusze gegangen seien, war vor 1900 Jahre ebenso undenkbar wie heutzutage, und ist lediglich eine Erfindung nordischer Interpreten. Als etwas ganz Besonderes wird vom jungeren Cato erzählt, dasz er, um sich abzuharten, zu Fusze reiste, Plut. Cato, 5. Horaz und seine Begleiter werden wohl gefahren, im schlimmsten Falle geritten sein." Incolae quoque septentrionalis plagae est offendere in petrarum obices, quibus amici considunt. Testarum ludum denique aperto mari vix fieri posse concedo, sed fieri potuit in Tiberis ostio aut in aequoris parte, quae „petrarum obicibus" a vento tecta erat. Imprimis autem Boenigium (et alios) offenderunt convicia Caecilii, quae a tranquillitate prooemii longe abhorrent. Merito dixit hoc discrimen non satis explicari ab iis, qui putent Christianorum condicionem temporibus, quibus dialogus habitus est, tolerabilem postea deteriorem factam esse. Sed Minucius ipse hanc rem satis explicat Caecilium faciens dicentem [1]: „sustinebitis enim me impetum susceptae actionis liberius exerentem." Nostra quoque aetate tale quid nonnunquam accidit. Audivi hominem humanitatis non expertem amico suo, de cuius integritate nunquam dubitaverat, ecclesiae

1) Oct. VIII, 3.

reformatae socio dicentem: „omnes ecclesiae reformatae socii sunt fraudatores." Postea eum dicti sui poenituit, sed impetum susceptae actionis is quoque liberius exeruerat. Veri simile est Alexandri Severi temporibus multos fuisse, qui, quamquam Alexandri et Iuliae Mammaeae auctoritate persecutiones prohibebantur, odio Christiani nominis ducerentur. Ulpianus edicta in Christianos proposita collexit; Alexander in animo habebat Christo templum dedicare. Talium temporum Caecilius verus alumnus erat [1]). Quod Minucius Ciceronem hic illic secutus est, nihil ad rem attinet. Elter merito dixit [2]): „als ob jede Tatsache nur ihren eigenenen, originalen Ausdruck haben dürfte," Num litteris, quas humanistae, qui papae scriniarii erant, scripserunt, eo historica fides non habenda est, quod Ciceroniano sermone confectae sunt?

Kühn putavit Caecilii quidem alacrem indolem ad memoriam vivi aut recens mortui hominis depictam esse; Octavium, cuius imago umbrosior esset, eundem esse atque Minucium. Nos vero vidimus Octavium quoque in oratione nonnunquam impetu ferri [3]). Minime negamus discrimen esse inter Caecilii et Octavii indoles, sed Minucius eos uno ordine habuit, ideo aut ambo aut neuter ad fidem historicam

1) Cfr. Die Religion der römischen Geselschaft im Zeitalter des Syncretismus, von J. Réville, übersetzt von G. Krüger, Leipzig, Hinrichs, 1906, p. 274, 275.

2) O. l. p. 30.

3) Kühn oppositis inter se III, 1 (Non boni viri.... infamiam) et XVI, 2 (sed.... versutiam nolo, non credo) discrimen statuit. Valde vero inter se similia sunt III, 1 verba laudata et XVI, 1 verba, q. s. ut *conviciorum amarissimam labem* verborum veracium flumine diluamus. Octavius est homo acris ingenii, et simul, utpote Christianus, placatae mentis.

adumbratus est. Neque deest exemplum altercatonis de religione a pagano et Christiano factae. Cfr. Iustini Apol. II, 3: *Καὶ ὅτι ἀληθῆ λέγω, εἰ μὴ ἀνηνέχθησαν ὑμῖν αἱ κοινωνίαι τῶν λόγων, ἕτοιμος και ἐφ' ὑμῶν κοινωνεῖν τῶν ἐρωτήσεων πάλιν . . . Εἰ δὲ καὶ ἐγνώσθησαν ὑμῖν αἱ ἐρωτήσεις μου* (Iustini) *και αἱ ἐκείνου* (Crescentis) *ἀποκρίσεις, κ. τ. λ.* E scriptis Tertulliani satis apparet eius aetate Christanis cum paganis fuisse consuetudines, quales Minucio cum Caecilio [1]).

Quodsi nihil impedit, quominus statuamus in universo dialogum Octavium ad historiae fidem conscriptum esse, sequitur, ut veri simillimum sit re vera Caecilii mentem altercatione facta ad Christianam fidem conversam esse [2]).

Quid autem quod lapides quoque testari videntur, Caecilium re vera ad Christianam fidem se convertisse, cum Minucius suum opus conscriberet. Res ita se habent: In priore libri mei parte ostendi Minucium scripsisse annis fere 225 ad 230 post Christum natum.

Iisdem fere temporibus anno scil. 210, Caecilius quidam Natalis Cirtensis inscriptiones faciendas curavit [3]), e quibus apparet eum fuisse magistratum honestum, hominem divitissimum, qui suo sumptu statuas Caesaribus erexit, ludos

---

1) Cfr. Harnack, Mission, u. s. w. I², p. 417: Man braucht es nicht erst zwischen den Zeilen seiner asketischen Schriften zu lesen — er deutet es an zahlreichen Stellen, freilich widerwillig, klar genug an, dasz in der Regel alles friedlich zuging: man lebt zusammen, kauft und verkauft, ladet sich ein, auch Mischehen finden statt.

2) Inde a Commodi aetate nobiles incipiebant Christiani fieri. Cfr. Harnack, Mission u. s. w. II², p. 27—29: Einen deutlichen Einschnitt macht die Zeit des Commodus. Eusebius berichtet, ... dasz damals die christliche Predigt in allen Kreisen sich verbreitete u. s. w:

3) C. I. L. VIII, 7094—7098.

edidit. Sine dubio erat princeps familiae nobilis, cuius auctoritas etiam in viciniis pollebat[1]). Elter scite demonstravit Caecilium Natalem Minucii necessarium e vicinitate Cirtae aut saltem ex Africa ortum esse. Postquam o. l. p. 14,15 ostendit Caecilium non e Cirta ortum esse[2]), o. l. p. 16: „Indessen", inquit, ganz ohne Wert ist das *Cirtensis noster* darum nicht. Gemeint ist Fronto und Fronto war ein berühmter Mann, *Cirtensis ille clarissimus* wäre jedem Römer verständlich gewesen. *Cirtensis noster* dagegen bekundet einen gewissen Stolz auf den Gesinnungsgenossen aus Cirta; so sicher kein eingeborener oder eingesessener Cirtensis sich so ausdrücken würde, ebenso wenig würde es ein Römer sagen oder etwa ein Gallier; so spricht nur der Provinciale, der auf seine Heimat stolz ist, in der Cirta liegt, der Afrikaner also. Ergo Caecilius ist nicht aus Cirta, wohl aber aus Afrika.... In Afrika sind.... die Gentilicia Minucius, Octavius, Caecilius so verbreitet, dass schon daraus auf die Heimat unserer Personen geschlossen werden konnte.[3]).

Quodsi Minucius conversionem Caecilii finxisset, simulac opus eius in Africa innotuerat, mendacii convictus esset ab omnibus, qui gentiles Caeciliae gentis ea aetate opibus et auctoritate pollentis noverant. Fieri autem non potest, ut scriptor gravis, qualis Minucius, tantum periculum adisset.

Quae cum ita se habeant, expediet ad Minucii operis genus et naturam explicanda proficisci a conversione Caecilii,

---

1) Fuerat praefectus coloniarum Milevitanae et Rusicadensis et Chullitanae, quae prope a Cirta sitae erant.

2) Cfr. p. 14, adn. 5.

3) Cfr. Geffcken, Deutsche Litteraturz., 1911, N°. 38, Sp. 2403.

quam, si vere facta est, Minucio rem omnium gravissimam fuisse unusquisque intelleget, qui diligentiam a Christianis illius aetatis in paganis convertendis adhibitam novit[1]). Minucius certe non sermonis memoria sola ductus est in conscribendo suo dialogo, sed quae facta sunt, artificio magno et expolitione ornata rettulit[2]). Haec in universum nemo negabit; controversia est, utrum Caecilius et Octavius re vera continuas orationes habuerint an altercationem, quam deinde Minucius in duas orationes redegit. Antiqui utriusque sermonis formae vim noverant. Cfr. Thucydidis l. V, c. 85: *Ἐπειδὴ οὐ πρὸς τὸ πλῆθος οἱ λόγοι γίγνονται, ὅπως δὴ μὴ ξυνεχεῖ ῥήσει οἱ πολλοὶ ἐπαγωγὰ καὶ ἀνέλεγκτα ἐς ἅπαξ ἀκούσαντες ἡμῶν ἀπατηθῶσι... ὑμεῖς οἱ καθήμενοι ἔτι ἀσφαλέστερον ποιήσατε· καθ' ἕκαστον γὰρ καὶ μηδ' ὑμεῖς ἑνὶ λόγῳ, ἀλλὰ πρὸς τὸ μὴ δοκοῦν ἐπιτηδείως λέγεσθαι εὐθὺς ὑπολαμβάνοντες κρίνετε.* V. d. G. Charlier[3]) recte admonuit ab ingenio Romanorum [et Franco-Gallorum[4])] eorumque causidicorum continua oratione contendere minime alienum esse. Diiudicare vero non audeo, quamquam veri similius mihi videtur hanc sermonis formam quoque cum historiae fide convenire.

Quod ad propositum attinet, res facilior est, cum Minu-

---

1) Cfr. Harnack, Mission, u. s. w. I^2, p. 308: dieser Religion war es eigentümlich, dasz jeder ernste Bekenner auch der Propaganda diente. Cfr. Tert. Ap. 46, de pallio 5, 6. etc.

2) Cfr. O. Bardenhewer, Geschichte der altkirchlichen Litteratur I^2, p. 333: Die Form der Reden des Heiden und des Christen rührt von dem Verfasser her, ihr wesentlicher Inhalt und ihr Schluszergebnis, die Bekehrung des Heiden, beruht auf Wirklichkeit.

3) Cfr. p. 132, adn. 2.

4) Montaigne putavit eo, quod in Platonis dialogis res huc illuc traherentur, tempus nequiquam praeterire.

cius ipse in prooemio de eo verba facere videatur: se dialogum conscripsisse, ut sermone narrato pietatis erga Octavium munere fungeretur. Minucius vero non ipsis verbis dixit, quid sibi proposuerit, sed *mentis suae intentionem in illo praecipue sermone resedisse, quo Octavius Caecilium ad veram religionem reformavisset*[1]*;* tum narrat causam, cur habitus sit, et sermonem ipsum refert. Hanc ob rem non consentio Eltero dicenti[2]: „Die ganze Schrift ist . . . nichts anderes als ein ehrenvoller Nachruf auf den eben in seiner afrikanischen Heimat verstorbenen Freund." Si Minucius ipse diserte non dixit, quid sibi proposuerit, id nobis quaerendum est. Eltero sane concedo prooemii verba nuper laudata lucem afferre, puto eum e prooemio recte derivare Minucium dialogo scribendo pietatis munere functum esse. Oblitus est vero in fine operis plus de Caecilio dictum esse. Haec res nobis viam monstrat: Minucii propositum non simplex fuit. Primum voluit pietatis munere fungi, deinde conversionem pagani narrare, ut Christianos confirmaret, paganos Caecilii exemplo ad fidem Christianam converteret. Nam Minucium ad paganos omnes suum opus scripsisse inde apparet, quod initio orationis Octavii in allocutionibus singulari quidem numero utitur, deinde[3]) promiscue singulari et plurali numero[4]). Cogitari non potest unum e Christianis illius aetatis, quippe qui studio fidei suae propagandae flagrarent[5]), conversionem narran-

1) Oct. I, 5.
2) O. l. p. 22
3) Cfr. XXII (W.) 6: vestris.
4) Cfr. e. g. XXXI, 2: *tuus* Fronto .... de *vestris* gentibus.
5) Cfr. p. 140, adn. 1.

tem sibi non proposuisse, ut eo exemplo alios conciliaret [1]). Nostra quoque aetate saepe vitam paganorum apostoli describit cognatus vel amicus, ut simul fungatur pietatis officio et sociorum fidem confirmet; saepe ea, quae homo Christianus in fide moriens dixit, pie conscribuntur, ut eius exemplo alii eandem in morte tranquillitatem acquirere petant.

Si Minucius sibi proposuit conversionem Caecilii in honorem Octavii et ad Christianos confirmandos, paganos conciliandos narrare, iam intellegitur, cur quod ad argumentorum ordinem attinet neque Tertullianum neque Iustinum secutus sit, quamquam eorum scriptis usus est. Ii enim sibi proposuerunt, ut Christianorum causam contra paganos defenderent. Elter merito dixit de Octavio [2]): „Jedenfalls ist die Schrift selbst ebenso eigenartig wie das 'Milieu', in das sie gehört.... jede direkte Vergleichbarkeit mit Tertullian [3]).... entfällt.

Quod cum ita sit, prima quaestio capitis I soluta est.

Ea vero soluta alia oritur. Si non licet Minucii opus in hac re cum Apologetico conferre, estne omnino opus, quocum comparare licet? Quia Minucius undique sua collegit, unusquisque expectabit eum etiam in argumentis disponendis exemplum secutum esse. Minime necessarium est hoc exemplum ab eo nomine indicatum esse, cum Ciceronem,

1) Quodsi e. g. solas per se legimus c. XXVII, p. 1—5, putamus librum nos legere, qui inscriptus est: *ad nationes.*

2) O. l. p. 35.

3) Iniuria eum addidisse: und den übrigen Apologeten, siquidem Aristidem in numero apologetarum collocat (cfr. p. 75, adn. 2), postea videbimus.

Tertullianum, Senecam secutus eorum nomina afferre evitet. Nobis igitur quaerendum est, an scripta exstent, qui eadem argumenta eodem ordine disposita tractent, quae eum secutum esse veri simile sit.

Nonnulli viri docti Ciceronis de natura deorum libros exemplo fuisse putaverunt. Atqui Minucius plura argumenta tractat et ea, quae cum Cicerone ei communia sunt, alio ordine disposuit. Ciceronis enim opus fere nihil continet de resurrectione, de iudicio, ut de criminibus paganorum et de Christianorum moribus taceam [1]). Caecilius modo idem dicit atque Cotta, modo idem atque Velleius, modo idem atque Balbus [2]), interdum a Cotta prorsus discrepat [3]). Denique Caecilius prior orationem habet, Cotta postremus [4]). Iam apparet non esse probabile Minucium in argumentis disponendis Ciceronis de natura deorum libros secutum esse.

Potius est quaerendum inter scripta, quae idem sibi volunt atque dialogus Octavius, et praesertim altera pars dialogi. Octavii oratio enim praecipua pars totius operis est, quoniam Minucius sibi proposuit, ut *in honorem Octavii* narraret Caecilii conversionem. Huius oratio praemissa est, ut ostenderetur, qualis vir Octavii oratione ad veram religionem reformatus sit. Quae cum ita sint, veri simile

---

1) Oratio Balbi (l. II), quae sola Octavii orationis exemplum esse potest, tota quattuor capitibus continetur: Balbus docet esse deos, quales sint, mundum ab eis gubernari, consulere eos rebus humanis.

2) Cfr. E. Behr, Der Octavius des M. Felix in seinem Verhältnisse zu Cicero's Büchern *de natura deorum*, Inaug. diss., Gera, 1870, p. 11.

3) O. l. p. 12.

4) O. l. p. 4.

est orationem Caecilii, etiamsi prior scripta est, ab Octavii oratione pendere [1]). Sed postquam vidimus Minucium multa e Tertulliano et aliis recepisse, iam constat Octavii orationem esse primariam operis partem. Apud Tertullianum et alios enim eae partes inveniuntur ea forma, qua inter Octavii verba receptae sunt; Minucius, cum in animo haberet eas recipere, Caecilii orationem ad eas conformavit. Quod autem de magna parte constat, de toto opere statuendum est, quamquam concedo fieri potuisse, ut Caecilii oratio prior conformata aliquid contulerit ad Octavii orationem conformandam.

Quaerendum est igitur, ut breviter ita dicam, exemplum orationis Octavii [2]), scilicet oratio habita ad paganos ad verum deum convertendos. Fieri potuit, ut Minucius orationem, quam audivit, exemplum sumeret, sed veri simile non est, siquidem post finem secundi saeculi catechesis, quae dicitur, orationum ad paganos convertendos partes suscepit [3]). Ex orationibus ante Minucium conscriptis sine dubio multae interierunt. Opportune autem accidit, ut duae aut totae aut partim servatae sint, quas diversas generis species repraesentare viri docti consentiunt. Sunt hae:

---

1) Heinze idem coniecit, quod ad unum Octavii locum attinet. Cfr. o. l. p. 427:

Vielmehr scheint der Konception nach das prius die Erwiderung des Oktavius zu sein und im Hinblick auf sie (nicht notwendig *nach* ihr) die These (Oct. VI) so formuliert, wie wir sie lesen.

2) Keim, Seiller, Schanz quia hoc nondum perspexerant, exempla orationis Caecilii quaesiverunt.

3) Harnack, Mission I^2, p. 75 .... weil, soviel wir wissen, die Missionspredigt im strengen Sinne des Wortes seit dem Ende des 2. Jahrhunderts so ziemlich aufgehört hat. Der Katechumenenunterricht trat an ihre Stelle, ferner die häusliche Erziehung in und zum Christentum ....

Pauli in Areopago oratio a Luca tradita [1]).

Kerygmatis Petri fragmenta [2]). [3]).

Ex his duabus oratio, quae in Actis Apostolorum scripta legitur, imprimis est conferenda, quia tota ad nos pervenit et omnium consensu vulgarem talis orationis formam repraesentat. Hoc luce clarius apparuit, postquam inter viros doctos acris contentio exorta est, utrum oratio illa a principio pars fuerit Actorum Apostolorum, an postea inserta sit. E. Norden in libro, qui inscribitur *Agnostos Theos* [4]), conatus est demonstrare illam orationem initio saeculi secundi aut postea insertam esse. Harnack vero et alii [5]) efficere conati sunt illam orationem a principio Actorum partem fuisse. Adversariis autem omnino convenit illam orationem ad multas eiusmodi orationes conformatam esse. Cfr. Harnackii

1) Act. apost. XVII. 22—31.

2) Praeter has sola superest praedicatio Pauli abrupta. Cfr. Harnack, Mission I²; p. 323, a. 1.

3) Harnack, Mission, I², p. 77, a. 2: In dieser Hinsicht ist die Rede .... (Act. 17, 22—30) typisch und besonders instruktiv .... — Ein besonders gutes Bild von den Grundzügen der Missionspredigt (neg. und pos.) gewähren auch die Fragmente des Kerygma Petri. Die alte Schrift hat wohl, wie auch schon der Titel andeutet, geradezu ein Kompendium der Lehre für Missionszwecke sein sollen.

4) Cfr. p. 116, adn. 1.

5) De Nordenii opere cfr.:

Harnack, Ist die Rede des Paulus ein ursprünglicher Bestandteil der Apostelgeschichte? Texte und Untersuchungen XXXIX, 1, p. 1—46;

Litt. Centralblatt, N°. 16, 1913;

Wochenschrift f. klass. Philol., N°. 19, 1913; N°. 30/31, 1914 (Plüss);

Classical Review, vol. XXVII, N°. 6 (1913)

Götting. gelehrte Anzeige, 1913, N°. 10 (Jaeger);

Deutsche Litteraturz., 1913, N°. 47 (Weinreich);

Neue Jahrb. f. d. klass. Altert., XXXI, 1913 (Reitzenstein);

Berliner phil. Wochenschr., 1913, 51; 1914, 34/35 (Wünsch);

Rhein. Mus. N. F. 1914, Bd. 69, H. 2. (Th. Birt).

iudicium [1]: *„typisch und besonders instructiv"*, cum Nordenii verbis [2]: *„Eine Missionspredigt von herkömmlichem Typus.* Cfr. praeterea Deissmann, Licht vom Osten, p. 292: „Ich fand, dasz das gröszte Missionsdokument des Neuen Testaments, die Paulusrede auf dem Areopag in Athen, darauf berechnet, dem groszstädtischen Heidentum der Mittelmeerwelt das Charakteristische der neuen Religion in knappster Form vorzuführen, dieselben Dinge für charakteristisch gehalten hat, die uns durch die Hilfe der neueren Entdeckungen auch als solche erscheinen. Dasz die Rede kein Stenogramm ist, ist ebenso wahrscheinlich, wie sie sicher paulinischen Geist offenbart und ein geradezu welthistorisches Manifest der Geschichte der Religionen und der Religion ist."

Norden et Harnack vero dissentiunt de ratione, quae inter Pauli apostoli ex eius epistulis notam doctrinam et orationem Actorum c.XVII, 22—31 traditam intercedat. Norden putat Pauli doctrinam et orationem Areopagiticam prorsus inter se differre. Cfr. Agn. Theos, p. 127: „denjenigen..., der sie nicht als αὐτοφωνία Παύλου im realen Wortsinne auffassen kann, weil er sich... das Bild, das er sich von dem Wesen dieses Mannes aus dessen authentischen Schriften gemacht hat, nicht trüben lassen will" [3]).

---

1) Cfr. p. 145, adn. 3.

2) Agn. Th., p. 125.

3) Tum refert ad verba Wilamowitzii nimia — mea quidem opinione — fiducia dicta (Deutsche Litteraturz. 1910, Rezension von Ed. Schwartz Charakterköpfen, p. 285): „Wer die Originalität jener (der echten Paulus—) Briefe und die geschlossene Eigenart der Person, die hinter ihnen erscheint, verkennen kann, oder wer andererseits dessen Person die Areopagrede der Acta zutrauen kann, mit

Adnotat tamen p. 121, a. 1: „Pfleiderer gehört auch zu den *wenigen* Theologen, die den Inhalt der Rede als zu dem originalen Paulus nicht stimmend bezeichnet hat." Ceterum ipse Norden dicit sermonis Areopagitici rationem multis numeris cum Pauli ratione ita congruere, ut non dubitandum sit, quin, ut Nordenii verbis utar: „der Verfasser sich auf den Boden einer ideellen Wirklichkeit gestellt hat" [1]). Harnack ex hoc consensu, quem in singulis demonstrat [2]), concludit [3]) illam orationem a Pauli doctrina et consuetudine minime abhorrere. Eum consensum manifestiorem facere opus non est post ea, quae Harnack et alii dixerunt; de discrepantia vero, quam Norden, Wilamowitz, alii statuerunt, pauca disseram. Norden ait [4]) ex Epist. ad Rom. I, 18 sqq. discendum esse, quid Paulus iudicaverit de notitia dei, quam gentes habent; hoc autem Pauli iudicium tanto durius esse iudicio eius, qui orationem Areopagiticam scripsit, ut utrumque ab uno eodemque homine factum esse non posset. Wendland in universum

---

dem ist nicht zu reden." Confert praeterea Wendland, Die hellenistisch-römische Kultur (Tüb. 1907) 142 fg. (= 1912, 245) et Bonhöffer, Epiktet und das Neue Testament, p. 180.

1) O. l. p. 11, 12.

2) Mission, I^2, p. 321, a. 1.

3) Harnack, Die Apostelgeschichte, Leipz., 1908, 110 apud Norden, Agn. Th., p. 9. a. 1: „Was die Rede zu Athen .... betrifft, so wird, wenn die Kritik einmal wieder Augenmasz und Geschmack gefunden haben wird, niemand mehr verkennen, dasz die Genialität in der Auswahl der Gedanken hier ebenso grosz ist wie die geschichtliche Treue, wenn es darauf ankam, in wenigen Worten das zusammenzufassen, was Paulus iu den grundlegenden Missionspredigten den Heiden aller Wahrscheinlichkeit nach vorgeführt hat."

4) O. l. p. 128, 129.

locutus idem dixit: [1]) „Die Areopagrede bezeichnet Paulus gegenüber einen schon *fortgeschrittenen Standpunkt* der Apologetik und einen *beträchtlich höheren Grad der Annäherung* an zeitgenössische Anschauungen ...., dasz diese Anschauungen ... auf der Linie liegen, die von Paulus zur späteren Apologetik führen." Attamen in eundem modum progressus est is, qui scripsit prolegomena, ut ita dicam, orationis et orationem ipsam. Nam prolegomena [2]) [et epilegomena [3])] et orationem ipsam ab uno eodemque homine scripta esse nemo, nisi fallor, negat [4]). V. 16 autem scripta legimus haec: Ἐν δὲ ταῖς Ἀθήναις ἐκδεχομένου αὐτοὺς τοῦ Παύλου, παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ, θεωροῦντι κατείδωλον οὖσαν τὴν πόλιν. Cum vocabulo, q. e. κατείδωλον, improbetur aliquid (cfr. XVII, 24: οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ), in vocabulo, q. e. παρωξύνετο notionem indignandi inesse apparet. Cfr. Act. XV, 39: ἐγένετο οὖν παροξυσμός. Idem autem, qui Paulum ob idolorum multitudinem indignantem fecit, eum fecit dicentem: κατα πάντα ὡς δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ ... ὃν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε ... χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεὸς; id quod non alienum est a Paulo, qui Epist. ad Rom. I scripsit et sibi proposuit, ut omnibus omnia fieret [5]). Harnack iure dixit [6]): „Man musz diese Rede mit dem I Thessalonicherbrief kombinieren, um sich ein Bild zu machen, wie die grundlegende Missions-

1) O. l. p. 245, 246.
2) Act. XVII, 16—22*a*.
3) Act. XVII, 32—34.
4) Cfr. Harnack, Texte und Untersuchungen, XXXIX, 1, p. 19.
5) 1 Cor. IX, 22.
6) Mission, I², p. 77, a. 2.

predigt vor Heiden beschaffen gewesen ist, und das *Vorurteil* zu beseitigen, als seien der Galater- und Römerbrief Muster der paulinischen Missionspredigt;" et alio loco [1]): „Dasz diese Rede von ca. 190 Wörtern im besten Falle ein ganz kurzes Referat der Rede des Paulus ist, ist sicher. Nur darum kann es sich also handeln, ob die Rede Unpaulinisches enthält, bzw. das nicht enthält, was Paulus bei solcher Gelegenheit sagen muszte. Nun ist es gewisz, dasz Paulus sich über die Verantwortlichkeit der Heiden im Römerbrief sehr anders ausgedrückt hat als hier; aber wie verschieden hat er sich an verschiedenen Stellen über das Gesetz ausgedrückt! Sonst bietet die Rede nichts Unpaulinisches. Missionsreden des Paulus, die zum Vergleich dienen können, besitzen wir nicht."

Quodsi oratio Areopagitica a Pauli ratione non discrepat iam nobis ad conferendum multo maioris momenti est, utpote quae exemplum sit orationum illustrissimi paganorum apostoli. Denique parum ad conferendum refert, utrum initio saeculi secundi inserta sit, an a Luca statim post alias Actorum orationes scripta. Non dubito, quin Norden quoque putet orationem de qua sermo est, multo ante Minucium Actis receptam esse. Ideo hanc quaestionem praetermitto et transeo ad comparationem ipsam.

Primum nonnullae similitudines sunt inter orationis Areopagiticae pro- et epilegomena, quae dici possunt, et Octavii prooemium et finem. Paulus, cum vidisset Athenas idolis

---

1) Texte. u. s. w. XXXIX, 1, p. 4, a. 1.

refertas esse irritatus et incitatus est ad praedicationem habendam; Octavius, cum vidisset Caecilium simulacro Serapidis osculum dantem, acerbiore dicto eum incitavit, ut se ad colloquium provocaret. Conferenda sunt praeterea Act. XVII, 18: *καί τινες ἔλεγον, "Τί ἂν θέλοι ὁ σπερμολόγος οὗτος λέγειν* [1]), et Oct. IV, 4: „iam profecto intelleget facilius esse in contubernalibus disputare quam conserere sapientiam.'' Tam enim in oratione Areopagitica quam in Octavio multa philosophorum placita laudantur. Pauli, cum de resurrectione mortuorum diceret, praedicatione a nonnullis deridentibus excepta alii dicunt: *'Ακουσόμεθά σου πάλιν περὶ τούτου*, alii crediderunt; Caecilius oratione Christianorum doctrinam deridet, in fine operis narratur credidisse, aliqua vero ad crastinum diem distulisse. Initio orationis Paulus Athenienses conciliaturus vocat religiosiores; Minucius Caecilium, quamquam de diis dubitat, aeque religiosum inducit.

Quod attinet ad altarium inscriptionem, q. e. *ἀγνώστῳ θεῷ*, altius res petenda est. Ex apologetis, qui Minucio antecedunt, Iustinus et Tertullianus de ignoto deo vel ignotis deis loquuntur, Cfr. Iust. Apol. II, 10, 6: *Ὁ δὲ (ὁ Σωκράτης)... πρὸς θεοῦ δὲ τοῦ ἀγνώστου αὐτοῖς διὰ λόγου ζητήσεως ἐπίγνωσιν προυτρέπετο, κ. τ. λ.* [2]). Tert., Ad nat. II, 9: nam et Athenis ara est inscripta ignotis deis (de diis incertis Varronis sermo est); Tert., Adv. Marc. I, 9: invenio plane *ignotis*

---

1) Cfr. Eustathii explicatio, in Od. p. 1547, 53 sqq., ad Odyss. V, 490: *ἐξ οὗ οἱ 'Αττικοὶ σπερμολόγους ἐκάλουν τοὺς περὶ ἐμπόρια καὶ ἀγόρας διατρίβοντας διὰ το ἀναλέγεσθαι τὰ ἐκ τῶν φορτίων (φασὶ) ἀπορρέοντα καὶ διαζῆν.... τὸ σπερμολόγειν ἐπὶ τῶν ἀλαζονευολόγων ἀμεθόδως ἐπὶ μαθήμασιν ἐκ τινῶν παρακουσμάτων.*

2) Cfr. p. 119.

deis aras prostitutas, sed Attica idololatria est. item incertis deis, sed superstitio Romana est (de Gnosticorum ignoto deo sermo est).

Caecilius haec dixit (Oct. VI, 2): . . . „cultu religionis armati, dum captis in hostilibus moenibus adhuc ferociente victoria numina victa venerantur, dum undique hospites deos quaerunt et suos faciunt, dum aras extruunt *etiam ignotis numinibus* et Manibus." Denique commemoranda sunt Hieronymi verba, q. s. [1]): „Inscriptio autem arae non ita erat, ut Paulus asseruit „ignoto deo" sed ita: „Diis Asiae et Europae et Africae, diis ignotis et peregrinis." verum quia Paulus non pluribus diis indigebat ignotis, sed uno tantum ignoto deo, singulari verbo usus est, ut doceret illum suum esse deum, quem Athenienses in arae titulo praenotassent, et recte eum scientes colere deberent, quem ignorantes venerabantur et nescire non poterant."

Quid de his locis est iudicandum? Notionem ignoti dei Minucius Oct. XIX, 13, 14 Platonis verbis [et Xenophonti et Aristoni] imputat [2]). Quamquam in hac re cum Iustino congruit, nusquam apparet eum Iustinum secutum esse. In priore parte [3]) vidimus Minucium e libris ad nationes scriptis nihil mutuatum esse; de libro adversus Marcionem idem statuendum est. Cum igitur Minucius apud apologetas, quorum scripta supersunt et quibus praecipue usus est, neque verba q. s. ignotus deus, neque arae inscriptionem invenerit, veri simile est eum Actorum verba memoria tenuisse et aut ipsum ad Romanorum captum mutavisse et

1) Comm. in Epist. ad Titum I, 12.
2) Cfr, p. 117—120.
3) Cfr. p. 34, adn. 1 initium.

auxisse [1]), aut in eundem modum aucta apud Actorum interpretatorem invenisse. Haec opinio confirmatur Hieronymi verbis. Nam Hieronymi et Minucii verba mire congruunt; Norden scite coniecit [2]) interpretatorem inscriptionem, quae sine dubio occidentali imperii parti, fortasse Romae, tribuenda est, inscriptioni in Actis relatae assimilavisse [3]).

Minucium aeque ac Paulum operam dedisse, ut deum quem pagani ignorarent, attamen ignorantes colerent, quem anima vulgi profiteretur, poëtae et philosophi docerent,

---

1) Cfr. XVIII, 3 ubi Ciceronis de natura deorum II, 130 secutus Brittanniam post Ciceronem magis cognitam adiecit.

2) O. l. p. 118, 119.

3) V. d. Th. Birt (Rhein. Mus. N F. 1914, Bd. 69, H. 2, p. 385, "Αγνωστοι θεοὶ und die Areopagrede des Apostels Paulus) negat Minucii verba ad arae inscriptionem pertinere; ignotos deos vero esse deos exterarum nationum, quorum nomina Romani nescirent aut non intellegerent. Concedo verbum q. e. inscriptio apud Minucium scriptum non legi. Postquam vero de hospitibus deis, id est deis exterarum nationum, dixit, addit: „aras exstruunt *etiam* ignotis numinibus," unde sequitur, ut ignoti dei non idem sint atque dei nationum exterarum. Arae nonnullae, quae inscriptae sunt „*Manibus*" inventae sunt (Cfr. B. Santoro, Il concetto dei Dii Manes, Rivista di filol. XVII, 1881, 1 sqq.). Arae Manibus dedicatae saepe a scriptioribus commemorantur (Verg. Aen. III, 63; Taciti Ann. III, 3; Statii Silv. V, 3, 47, aliis locis), sed quod sciam inscriptionis mentione non facta. Cum autem arae Manibus dedicatae etiam Manium nomine praeditae sint, coniciendum est Minucium tam eas quam aras deorum ignotorum inscriptionibus praeditas commemorasse. Huc accedit, quod Hieronymi et Minucii verba valde congruunt.

Birt ait (l. l. p. 388): Einen groben Schwindel beging endlich Hieronymus (oder irgendein anderer Autor, dem er Glauben schenkte) wenn er, u. s. w. Sed Hieronymum vel interpretatorem Actorum inscriptionem consulto ita mutavisse, ut „Paulum" pii mendacii coargueret, nemo credet. Nordenii igitur coniectura veri simillima videtur.

annuntiaret et praedicaret, vix opus est, ut commemorem. Cfr. e. g. III, 1: Non boni viri est... hominem... in hac imperitiae vulgaris caecitate deserere.

Longum est omnia ita tractare, ut adhuc feci. Hanc ob rem sententias oratonis Areopagiticae singulas exscribam et adiciam Minucii locos, qui conferendi sunt, hic illic verbis gravibus exscriptis. Deinceps agetur de deo et de providentia, de idololatria, de iudicio et resurrectione:

I. De deo et de providentia.

a. ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν κόσμαν καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, οὗτος οὐρανοῦ καὶ γῆς κύριος ὑπάρχων,

Oct. XVIII, 4—9; XXXII, 1.

XVIII, 4: *universitatis dominum parentemque* ipsis sideribus et *totius mundi partibus* pulchriorem

XXXII, 1: *totus hic mundus eius opera fabricatus.*

b. οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ, οὐδὲ ὑπὸ χειρῶν ἀνθρώπων θεραπεύεται προσδεόμενός τινος, αὐτὸς διδοὺς πᾶσι ζωὴν καὶ πνοὴν κατὰ πάντα.

Oct. XVIII, 7; XXXII, 1—3.

XVIII, 7: qui nativitatem omnibus praestet.... sibi ipsi pro mundo.

XXXII, 1: Templum quod ei extruam?....

XXXII, 2: Hostias deo offeram.... ut reiciam ei suum munus?....

c. ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς αἵματος πᾶν ἔθνος ἀνθρώπων,

Oct. XXXI, 8: fratres.... ut unius dei parentis homines.

d. κατοικεῖν ἐπὶ πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς, ὁρίσας προτεταγμένους καίρους καὶ τὰς ὁροθεσίας τῆς κατοικίας αὐτῶν.

Oct. XVII. 8—XVIII, 4; cfr. XXV, 12: deo dispensante;

XXXVI, 5: Aves sine patrimonio vivunt.... haec *nobis* tamen *nata* sunt, quae *omnia,* si non concupiscimus, *possidemus.*

e. *ζητεῖν τον Κύριον, εἰ ἄρα γε ψηλαφήσειαν αὐτὸν καὶ εὕροιεν, καίτοιγε οὐ μακρὰν ἀπὸ ἑνὸς ἑκαστοῦ ἡμῶν ὑπάρχοντα. ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν καὶ κινούμεθα καί ἐσμεν. ὡς καί τινες τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασι, Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν.*

Oct. XVII, 2; XIX, 2; XXXII, 1, 7, 9.

XVII, 2: per quae deum adgnoscimus.... sacrilegii instar.... humi quaerere.

XXXII, 1: dei homo simulacrum.

7: omnia deo plena.

9: interest cogitationibus nostris.

XIX, 2: unde hominum genus (Minucius Vergilium Arati loco laudat).

II. De idololatria.

Γένος οὖν ὑπάρχοντες τοῦ Θεοῦ, οὐκ ὀφείλομεν νομίζειν χρυσῷ ἢ ἀργύρῳ ἢ λίθῳ, χαράγματι τέχνης καὶ ἐνθυμήσεως ἀνθρώπου, τὸ θεῖον εἶναι ὅμοιον.

Oct. XX, 2; XXII (W.) (cfr. XXIII, XXIV); XXXII, 1, 2.

XXXII, 1: Quod enim simulacrum deo fingam, cum, si recte existimes, sit dei ipse homo simulacrum?

III. De iudicio et resurrectione.

a. *Τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεὸς, τὰ νῦν παραγγέλλει τοῖς ἀνθρώποις πᾶσι πανταχοῦ μετανοεῖν.*

In Octavii oratione notio verbi, q. e. *μετανοεῖν* deesse videtur. Re vera autem inest. Conferatur Epist I ad Thess. I, 9: *παὶ πῶς ἐπεστρέψατε πρὸς τὸν Θεὸν ἀπὸ τῶν εἰδώλων* et Epist. ad Gal. IV, 9: *γνόντες Θεὸν ... πῶς ἐπιστρέφετε πάλιν ...,*

et Act. XIV, 15: ἀπὸ τούτων τῶν ματαίων ἐπιστρέφειν ἐπὶ τὸν Θεὸν τὸν ζῶντα, ὃς ἐποίησε τὸν οὐρανὸν καὶ γῆν, κ. τ. λ. : videmus μετανοεῖν idem esse atque ἀπὸ τῶν εἰδώλων ἐπιστρέφειν πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ζῶντα.[1]).

Iamnunc licet Minucii locos similes adicere:

Oct. I, 5: ad veram religionem reformavit.

Oct. III, 1 non boni viri est.... hominem.... ln caecitate deserere.

Oct. XXXVIII, 7:.... si veritas divinitatis nostris temporibus maturuit. Fruamur bono nostro et recti sententiam temperemus.

b. διότι ἔστησεν ἡμέραν, ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ.

Oct. XXXIV, 12; XXXV.

XXXIV, 12: *dei* patientia maxima, cuius quanto *iudicium* tardum, tanto magis *iustum* est.

c. ἐν ἀνδρὶ ᾧ ὥρισεν, πίστιν παρασχὼν πᾶσιν, ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. (Ἀκούσαντες δὲ ἀνάστασιν νεκρῶν, οἱ μὲν ἐχλεύαζον).

Quod ad resurrectionem omnino attinet, quam Athenienses ludificabantur, cfr. Oct. XXXIV, 6—12, ubi Octavius Caecilio

---

1) Cfr. Seeberg, Der Katechismus der Urchristenheit apud Nordenium (Agn. Th., p. 11, a. 1): „Fast allemal, wo Lukas die μετάνοια nennt, verbindet er damit die ἄφεσις ἁμαρτιῶν (Luk. 24, 27; Act. 2, 38, vgl, 3, 19 das umschreibende ἐξαλειφθῆναι τὰς ἁμαρτίας). Nur 17, 30 findet sich die μετάνοια allein."

Harnack, Mission, I², p. 321: Der einzige Unterschied zwischen der aus den paulinischen Briefen festzustellenden Missionspredigt und der Rede in Athen liegt darin, dasz in dieser die *Verschuldung* der Menschen nicht stark hervortritt; aber implicite ist die „Unwissenheit" deutlich genug als Verschuldung bezeichnet, und der Ausgangspunkt der Rede (ὃ ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτο ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν) machte es nicht wohl möglich, die negative Seite stärker zu betonen.

respondit, qui de resurrectione ludificans Christi resurrectionem commemoraverat. Cfr. XI, 7—9: „quis .... ab inferis remeavit .... omnia ista figmenta .... a poetis fallacibus lusa .... a vobis .... in deum vestrum turpiter reformata sunt."

Prorsus vero Minucius ab Areopagitica oratione discrepat, quod de iudicio verba faciens non dicit deum homines *per Christum* iudicaturum.

Hac re igitur excepta omnia, quae in oratione Areopagitica scripta legimus, apud Minucium quoque inveniuntur, hic illic valde similia.

Minucius autem plura praebet. Non solum clarius et copiosius disserit deum esse unum [1]), et alias res copiosius tractat, sed agit quoque de certa scientia [2]), et multos locos apologeticos, ut ita dicam, recepit:

a. deos paganos fuisse homines: XX, 2—XXI.

b. de imperio pietate non acquisito: XXV, XXVI.

c. de oraculis falsis, de daemonibus: XXVI, XXVII.

d. de quaestione in Christianos habita, de falsis criminibus: XXVIII—XXX.

e. de moribus Christianorum XXXVI—XXXVIII.

Hos locos magnam partem e Tertulliani Apologetico recepit. Quibus receptis argumentorum ordo paulum differt ab ordine, quo in oratione Areopagitica inveniuntur. Quae sub ns. I, b et c posui, non in initio, in loco de deo et providentia tractantur, sed ubi crimina Caecilii refert. In illa oratione ii, qui audiunt, ad Christum revocantur cum de iudicio sermo est, Minucius idem facit, dum crimina refutat, scil. c. XXIX, 2, 3.

1) XVII, 5—11.

2) XVI; XVIII. 3.

In universum vero argumenta eodem ordine se excipiunt: primum agitur de deo et de providentia, tum de idololatria, denique de iudicio, de resurrectione, de conversione.

In loco, qui ad deum et providentiam attinet Stoici aut laudantur aut imitantur, quoad salva Christiana doctrina fieri potest.

Quam arte Minucius ad orationem Areopagiticam aut aliam eiusdem generis se applicuerit, clarius apparebit, si viderimus, quae ratio intercedat inter Aristidis Apologiam, quae dicitur[1]) et fragmenta Kerygmatis Petri[2]).[3]).

In his quoque scriptis deinceps sermo est de deo et providentia[4]), de idololatria[5]), de iudicio et conversione[6]). Quae de deo dicuntur, Stoicorum dogmata sapiunt[7]).

---

1) Cfr. p. 75, adn. 2.— Fortasse nonnullius momenti est Aristidis Apologiam in fabula, cui titulus Barlaam et Iosaphat (cfr. Krumbacher, Geschichte der byzantinischen Litteratur, 1891, p. 466—470), receptam esse, ut per eam regis et totius populi animi ad Christi fidem converterentur.

2) Laudabo ea ex editione Klostermannii (Lietzmann, Kleine Texte, 3, Apokrypha I, p. 13—16).

3) De Petri, quod dicitur, Kerygmate cfr. praeter Harnackium (p. 145, adn. 3) H. Jordan, Geschichte der altchristlichen Litteratur, Quelle und Meyer, Leipzig, 1911, p. 209: eine,... (fingierte) Rede, die sich an.... die Heiden richtet, und inhaltlich gewisz ein gutes Bild der Missionspredigt zur Zeit der Entstehung dieser Rede (vor 140) bietet. (Aber es klingen hier schon die Gedanken der Apologetik des 2 Jahrh. an....)

4) K. P., Klostermann, p. 13, l. 21—27; Arist. Ap. I.

5) K. P., Klost. p. 14, l. 1—22; Arist. Ap. III—XIII.

6) K. P., Klost. p. 15, l. 21—24; Arist. Ap. XVII in fine; — K. P. Klost. p. 15. l. 2, 11—13; Arist. Ap. XVII.

7) Cfr. Geffcken, Zwei griech. Apol., p. 31—41.

Praeterea vero uterque agit de Iudaeis [1]), de Christo aperte loquuntur [2]), locos Sacrae Scripturae laudant et referunt [3]), cum poenitentia coniungunt remissionem peccatorum [4]). [5]). In Aristidis Apologia denique idololatria et dei falsi multo copiosius redarguuntur [6]), quam in Petri Kerygmate. Praeterea ubere loquitur de moribus Christianorum [7]); criminum quoque mentionem facit [8]).

Iam apparuit, nisi fallor, inter Aristidis Apologiam et Kerygma Petri eandem rationem esse atque inter Octavium et orationem Areopagiticam. Ea, quae Aristides et Minucius habent praeter ea, quae in Kerygmatis Petri fragmentis et oratione Areopagitica inveniuntur, communia habent: argumenta apologetica, scil. crimina et mores Christianorum.

Utrum Aristides Kerygmate Petri usus sit necne, viri docti dissentiunt [9]); sed non dubitant, quin maxime inter se congruant [10]). De Octavii et orationis Areopagiticae ratione in eundem modum est iudicandum. Quia Minucius Pauli

---

1) K. P., Klost. p. 14, l. 25—29; Arist. Ap. XIV.

2) K. P., Klost., p. 15, l. 3, 16—20, 32—36; Arist. Ap. XV initio,

3) K. P., Klost. p. 15, l. 5, 6; p. 15, l. 30 — p. 16, l. 6; — Arist. Ap. XV—XVII passim.

4) K. P., Klost. p. 15, l. 11—13, 26, 27; Arist. Ap. XVII.

5) Cfr. p. 155, adn. 1.

6) Arist. Ap. II—XIV.

7) Ap. XV—XVII.

8) Ap. XVII.

9) Cfr. Geffcken, Zwei griech. Apol., p. XL: Seebergs Meinung, dasz eine Benutzung des Kerygma sicher sei, teile ich .... nicht.

10) Cfr. Geffcken, o. l. p. XXXIX: sind nicht die Übereinstimmungen .... sehr bedeutend, nicht fast mit den Händen zu greifen? .... Man kann hier absolut *keine Quellenkritik im eigentlichen Sinne* treiben, man kann *nur Ideeengruppen scheiden.*

epistulas legit [1]), quia utrumque scriptum etiam singulas res [ἀγνώστῳ θεῷ — ignotis numinibus [2]), cett.] communes habet, veri simili est Minucium Acta legisse et oratione illa exemplo usum esse in argumentis eligendis et collocandis, praeterquam quod nonnulla argumenta apologetica e Tertulliani aliorumque apologetarum scriptis recepit. Constat vero Octavii orationem ad idem orationum, quibus pagani convertantur, genus pertinere atque orationem Areopagiticam [3]).

Quod cum ita se habeat, iam explicatum est, cur Minucius paucis tantum verbis dicat de Christo servatore, de peccatis, Sacram Scripturam non laudet. In oratione enim Areopagitica idem „silentium” deprehendimus [4]).

---

1) Cfr. p. 107.

2) Cfr. p. 150—152.

3) Facio igitur cum Nordenio dicente (Agn. Th., p. 127, a. 1.): Dagegen möchte ich die Bezeichnung, der ich öfters begegnet bin, als ältester 'Apologie' nicht empfehlen: sie wird den missionsartigen Charakter der Rede nicht gerecht und liesze sich nur insofern rechtfertigen, als die Apologeten manche Typen der Missionspredigt herübernahmen [diesen Zusammenhang, den schon Harnack, Die Mission und Ausbreitung des Christentums, 1. Aufl., Leipz. 1902, 62 ff. (2e, 1906, p. 74 sqq.) hervorhebt, hat im Jahre 1905 Gebhardt in dem o. S. 3, 1 zitierten Aufsatz (H. Gebhardt, Die an die Heiden gerichteten Missionsreden der Apostel und das Johannesevangelium, Zeitschr. f. neutestam. Wissensch. VI, 1905, p. 236—249, praesertim p. 236—347) erwiesen]. Das bei J. Geffcken, Zwei griech. Apologeten, Leipz. 1907, S. XXXII darüber Stehende ist mir nicht überzeugend gewesen.

4) Cfr. quae Gebhardt l. l. (supra adn. 3) dixit (p. 237) de tribus praedicationis gradibus, praesertim haec verba: Als scharf gesondert aber vom ersten Stadium (das der Areopagrede) der Missionsverkündigung zeigt sich ein zweites, in welchem Inhalt der Darbietung Jesus Christus ist oder genauer der Nachweis, dasz Jesus ist der Christ.

De Lactantii iudicio [1]) iam non miramur. Ille enim via et ratione verbose veritatem Christianam omnibus numeris docet et defendit, Minucius non item. Huic apologia est, ut ita dicam, πάρεργον.

Usque adhuc Minucii opus consideravimus, quod ad *litterarum historiam* attinet. Cum autem dialogus Octavius non solum opus artificiosum sit, sed ad res, quae factae sunt, pertineat, necesse est eum non minus cum *rerum historia* contendere. Quod ut faciamus, etiam nos admonent quaestiones nondum solutae. E ratione enim, quae intercedit inter Octavium et orationem Areopagiticam, explicare nimirum non possumus ea, qua Minucius habet, Acta non item. Haec magnam partem ex imitatione aliorum apologetarum intelleguntur, restant adhuc quaestiones, cur Caecilius et Octavius disserant de dubiis et certis, cur Octavius imprimis doceat deum esse unum. Denique solvenda est quaestio tertia capitis primi huius operis, quae in conversione explicanda versatur.

Comparanda sunt imprimis Minucii ipsius tempora, tum ea, quae antecedunt et sequuntur.

Religionum et fidei Minucii aetate propagandae historiam adhibendam esse, unusquisque statim videt. De fidei vero propagandae modo fere nihil notum est: ex Octavio plerumque cognoscimus; quae de religione Romana eorum temporum nota sunt, scite composuit v. d. Jean Réville in opere, cui titulus: La religion à Rome sous les Sévères,

---

1) Cfr. prooem., p. 2.

Paris, 1886 [1]). Réville disserit, quo modo religio Romana a Marco Aurelio ad Decium progressa sit: Marco Aurelio mortuo vim antiquae Romanitatis, ut Tertulliani vocabulo utar [2]), fractam esse; deinde syncretismum, qui vocatur, crevisse, quem syncretismum diligenter describit. Ut colloquium inter Caecilium et Octavium habitum in medio fere spatio temporis, de quo Réville dicit, ponendum est [3]), ita Caecilius medium fere locum obtinet inter homines Romanos Commodi et Decii aetate. Hac parte est Romanus antiquus, qui patrios deos [4]) omnibus novis praeponit: illa parte non dubitat Serapis simulacrum venerari [5]) et gloriari, quod Romani undique hospites deos quaerant et suos faciant, universarum gentium sacra suscipiant [6]). Octavius promiscue de propriis Romanorum deis et de peregrinis [7]),

1) Laudabo translationem Krügerianam (cf. p. 137, adn. 1).

2) De pallio, 4.

3) Facio cum multis viris doctis, qui putant colloquium viginti fere annis habitum esse antequam Minucius scripsit.

4) Oct. VI, 1.

5) Oct. II, 4. Cfr. Réville-Krüger, p. 58, 59: Seit seiner ägyptischen Reise war Septimius Severus mehr vom Serapiskult eingenommen als von irgend einem der Wunderdinge, die er mit grösztem Eifer aufsuchte. Caracalla flüchtete sich in den Serapistempel während der entsetzlichen Metzelei, die er durch seine Soldaten anstellen liesz, um sich an den Alexandrinern wegen ihrer Spötteleien zu rächen, und weihte ihm das Schwert, mit dem er seinen Bruder Geta getötet hatte, als sei ihm der Zorn des Serapis furchtbarer als der eines andern Gottes. Alexander Severus erweist ihm die selben verschwenderischen Ehren wie der Isis. Clemens von Alexandrien belehrt uns, dasz man in seiner Umgebung den Serapis als ganz besonders der Verehrung würdig bezeichnete.

6) Oct. VI, 2, 3. Cfr. Réville-Krüger, p. 25: Das Aufkommen neuer Götter hatte die Verehrung der alten Gottheiten nicht beeinträchtigt.

7) Oct. XXI (W.), 1: sepulchra .... Iovis .... Apollinis .... Isidis.

de sacris Isidis, Cynocephali, Serapidis [1]) agit, ipsis verbis etiam dicit [2]): *„Haec tamen Aegyptia quondam nunc et sacra Romana sunt."* Aristides divisionem praemisit, ut de Iove in numero Graecorum deorum, de Iside in numero Aegyptiorum deorum sermo sit [3]).

Praeterea Oct. XIX, 3—14 maxime syncretismi aetati adaptata sunt. Cfr. Réville — Krüger, p. 21: „mitten aus . . . all diesen Glaubensweisen erhebt sich der Gedanke, dasz sie im letzten Grunde doch nur Offenbarungsformen ein und derselben Gottheit sein, ..., verschiedene Formen ein und derselben Frommigkeit," et Oct. XIX, 3: „Recenseamus, si placet, disciplinam philosophorum: deprehendes eos, etsi sermonibus variis, ipsis tamen rebus in hanc unam coire et conspirare sententiam" [4]). Alia quoque in re Caecilius medium quendam locum tenet. Desperat quemquam veritatem rerum divinarum reperturum esse: cfr. XIII, 5: „Mea quoque opinione, quae sunt dubia, ut sunt, relinquenda sunt"; miratur nonnullos „taedio investigandae penitus veritatis cuilibet opinioni succumbere" [5]), ipse desperatione veritatis reperiendae omnia potius suspendit [6]).

1) Oct. XXII (W.), 10; XXIII, 1.

2) Oct. XXIII (W.), 1.

3) Cfr, Oct. XVIII, 11: Et qui Iovem principem volunt, falluntur in nomine, sed de una potestate consentiunt, et Réville-Krüger, p. 285: die Primatstellung Iupiters wird mehr und mehr eine absolute.

4) Cfr. Réville-Krüger, p. 111.

5) Oct. V, 3.

6) Non intellego, quo modo v. d. Monceaux (Hist. litt. de l' Afrique chrét. I, p. 499) negare potuerit Caecilium unum esse ex iis: dont le scepticisme était un désespoir d' arriver à la certitude.

Cfr. cum Oct. XIII Réville-Krüger de Stoicis Marci Aurelii aetate (o. l. p. 6): Mehr und mehr liesz der römische Stoicismus die meta-

Attamen diligens religionum cultor est. Ut alia omittam, haec eius confessio insignis est: Oct, VII, 6: „Etiam per quietem deos videmus, audimus, agnoscimus, quos impie per diem negamus, nolumus, peieramus." Caecilius vere religiosus est, non rei publicae commodi causa, ut Cotta, quocum saepe comparatur, interdum aequatur, sed iniuria [1]).

Caecilius vere alumnus est temporum, quibus vetera dilapsa aegre retinentur, nova succrescunt.

Quodsi consideramus Caecilium et multos homines eorundem temporum fluctuare, intellegimus, cur Octavius imprimis certam fidem se commendare contendit; si consideramus Caecilii animum syncretismi ingenio imbutum esse, intellegimus, cur Octavio opus fuerit, ut fortiter contenderet et demonstraret deum esse *unum* [2]). Ei autem viam munivit, quod homines illius aetatis deos sincere quaerebant, unum deum ceteris praeponere consuescebant, morum sanctitatem colebant [3]).

In Octavii orationem idem quadrat quod Harnack de

---

physischen Spekulationen bei Seite und beschäftigte sich nur noch mit Fragen des Gewissens, um endlich in das Ideal der völligen Entsagung auszumünden, dessen vollendeter Repräsentant Marc Aurel gewesen ist.

1) Cfr. Réville-Krüger, p. 110, 111.

2) Ex Harnackii (Mission, I², p. 30, a. 1) verbis apparet Minucium in hac re maxime fuisse „orthodoxum", cum alii multi ad syncretismi opinionem nimis accedebant.

3) Cfr. Réville-Krüger, p· 285, 286, 290—294; p. 294: So bereitete der Synkretismus in jeder Beziehung den Boden für das Christentum vor, und dieses selbst machte sich bereit, Besitz davon zu ergreifen, voller Vertrauen in die Bestimmung seiner Universalreligion, voller Missionseifer und nicht geneigt um mit dem Feinde zu unterhandeln, da es die sichere Ueberzeugung hatte siegen zu müssen.

omni Christianae fidei praedicatione trium post Christum saeculorum dixit[1]): „Aus dem Gegensatz zum Polytheismus schöpfte sie die Kraft der Antithese.... in den Syncretismus hatte sie einen geheimen Bundesgenossen."

Condicione *religionis paganorum* Minucii aequalium cognita iam explicatum est, quam ob rem Caecilii oratio a dubitandi ratione incipiat, Octavius imprimis eum refutet, cur fortissime contendat deum esse unum; aliquatenus etiam perspicitur, qui fieri potuerit, ut Caecilius, quod ad summam quaestionis pertineat, se victum esse fateretur[2]). Sed praeterquam quod restat quaerere, cur Minucius tam pauca de Christiana fide locutus Caecilium faciat dicentem: *sectae iam nostrae*[3]), aliquis in res tractatas altius penetrans fortasse dicet: „Nonne fieri potuit, ut Minucius ad orationis Areopagiticae argumenta alia nonnulla adiceret, quibus receptis Caecilii conversio facilius intellegeretur?" Cui quaestioni ut respondeam, oportet Minucii opus per historiam Christianae fidei praedicatione propagatae explicare. Quodsi fecerimus, spero fore, ut ea, quae iam dixi confirmentur et Caecilii conversio explanetur.

Christiana fides compluribus quidem temporibus enixius propagata est, sed nostra sola adhuc aetate primum ratione

1) Mission, I², p. 31.

2) Quam Minucius Caecilii indolis rationem habeat, apparet eo, quod in partem operis, quam a Tertulliano recepit (XXV) inseruit fragmenta disputationis, quam *Carneades,* ille *scepticus* apud Ciceronem habuit de iniustitia Romana.

3) Oct. XL, 2.

aliquatenus ars fidei paganis propagandae est cognita, deinde ea ars cum Pauli via et ratione comparata est.

Hoc utrumque fecit Joh. Warneck, vir talium rerum peritissimus, qui ipse fidei Christianae inter paganos propagandae operam dedit. Scripsit praeter alia opera minora haec maiora, quibus tituli:

Die Lebenskräfte des Evangeliums, Missionserfahrungen innerhalb des animistischen Heidentums[1]; et;

Paulus im Lichte der heutigen Heidenmission[2]. [3]).

Nostrum igitur est inquirere, primum, utrum tempora, de quibus Warneck agit, cum Minucii temporibus iure comparentur, necne; deinde, quid haec collatio conferat ad ea, quae dixi, confirmanda, et ad quaestionem illam tertiam solvendam [4]).

---

1) 5. Auflage, 1913, Berlin, M. Warneck.

2) Berlin. 1913, M. Warneck.

3) Warneck sibi proposuit, ut nihil nisi res factas traderet. Cfr. Lebenskräfte[5]), p. VI: Ich legte meine und anderer Fachgenossen Beobachtungen dar, lauter *Tatsachen.* Ich bin von *Erfahrungstatsachen* ausgegangen, aus ihnen habe ich *Folgerungen* gezogen.

p. 9: Selbstverständlich ist alles Anekdotenhafte von zweifelhaftem Werte ausgeschaltet.... Ein groszer Teil des Zitatenmaterials ist der Allg. Missionszeitschrift entnommen, deren kritische Nüchternheit geholfen hat, der Mission einen Platz innerhalb der Wissenschaft zu sichern.

4) V. d. P. de Félice, qui Minucium imprimis apologetam esse putat, p. 142—144 sui de Minucio operis Octavium explicare conatus est historia ecclesiae saeculo XVI reformatae et nostrae aetatis comparata, sed haec collatio ad quaestiones solvendas aut Minucii opus penitus cognoscendum fere nihil attribuit.

Nostram vero rationem in universum non infructuosam esse ostendit v. d. P. Wernle initio opusculi, quod inscribitur: „Paulus als Heidenmissionar" (Sammlung gemeinverständlicher Vorträge und

Cum Warneck e religionibus gentis, cui nomen Bataks, descriptis proficiscatur[1]), primo obtutu minime consentaneum videtur ea, quae invenit, ad Minucii tempora adaptare. Eius gentis religio enim est, qui vocatur animismus, Graecorum et Romanorum Minucii aetatis polytheismus excultus; ea gens, cum fides Christiana primum offerretur, in magna barbarie versabatur, Minucio multa opera danda est, ut pagani eius temporis intellegerent Christianos non omnes indoctos et incultos esse. Audiamus vero Warneckii ipsius verba. Postquam (in praefatione) dixit se multum fructum cepisse e libellis coetus, cui nomen World Missionary Conference, 1910[2]), addidit[3]): Wenn auch jede heidnische Religion bei individueller Form und Inhalt gesonderte Behandlung erheischt, so ergibt ein Rundblick doch nicht nur, dasz mehr oder weniger wirksame Reste des Animismus beinahe allen anderen Religionsformen beigemengt sind, sondern es heben sich auch einzelne bestimmende Züge in den auszerchristlichen Religionen als gemeinsam heraus: Unsicherheit des religiösen Besitzes, Vorherrschen der Furcht als des kräftigsten Motives der Religiosität, Verflochtensein in die Lüge, Gebun-

---

Schriften aus dem Gebiet der Theologie und Religionsgeschichte, 14, Tübingen, Mohr, 1909) narrans Munzingerum in libro, qui inscribitur: „Paulus in Korinth," confessum esse se Pauli veram indolem tum demum perspexisse, cum fidem Christianam praedicaturus ad Iapanos transiisset.

1) Lebenskräfte[5], p. 8.

2) Imprimis Berichte der IV Kommission: „Die missionarische Botschaft in Auseinandersetzung mit den nichtchristlichen Religionen," materiam operis excolendi ei praebuerunt.

3) Lebenskräfte[5], p. IX, X.

denheit, Hoffnungslosigkeit, Gottentfremdung, und dabei doch als Unterströmung überall ein unausrottbarer Zug nach Gott und dem Übersinnlichen. In libro deinceps ostendit reliquias animismi mansisse in religionibus excultis Serum [1]), Indorum [2]), earum gentium, quae Buddhae [3]), quae Mohammedis [4]) doctrinam profitentur. Hae religiones animismum aut non penitus deleverunt, ut in infima plebe remaneret, aut cum eo se coniunxerunt. Iis collabentibus vetus animismus rursus crescit. Cfr. e. g. quae de Indorum pantheismo dicuntur [5]): Wer den in Indien heute herrschenden Pantheismus beobachtet, der sieht ihn vor der finsteren Welt der Dämonen stehen. Früher schien er mit dieser Welt nur zu spielen. Jetzt ist er in ihren Bann geraten. Man würde sehr irren, wenn man meinte, nur einige niedere Kasten seien dem Dämonendienst ergeben. Heute ist man in Indien bemüht, die Religion früherer Zeiten zu rekonstruiren. Idem autem de Graecorum religione, quam Romani magnam partem receperunt, Minucii temporibus dici potest. Cultus deorum patriorum collapsus aegre restituebatur. Genii et daemones apud infimam plebem semper culti tum a nobilibus, a philosophis multifariam colebantur [6]). Alii daemones benevoli, alii timendi habebantur [7]); hominum *animae* daemones fieri putabantur [8]). Cfr. Harnack,

---

1) Lebenskräfte [5], p. 44, 45, 103.
2) O. l. p. 101, 102.
3) O. l. p. 102. 116, 117.
4) O. l. p. 118.
5) O. l. p. 101, 102. Laudatur G. Stosch, Im fernen Indien, Berlin, 1896.
6) Cfr. Réville-Krüger, p. 38—44.
7) Cfr. Réville-Krüger, p. 42.
8) Cfr. Réville-Krüger, p. 43.

Mission, u. s. w. I,[2] p. 111: Das eigentümliche des Dämonenglaubens im 2. Jahrhundert besteht erstlich darin, dasz er aus den *dunklen unteren Schichten in die Oberen, selbst in die Litteratur* empordringt, und eine ungleich wichtigere Sache wird als ehedem, zweitens, dasz er *keine kräftige naive* öffentliche Religion mehr neben sich hat, der ihn niederhält, ferner dasz die bisher als sittlich indifferent gedachte Macht des Dämon sich in die Vorstellung von der Schlechtigkeit desselben wandelt. Quem ad modum superstitio crevisset, ostendunt magici papyri, apparet ex Act. XIX, 19[1]). Merito Warneck dixit[2]): Die Ähnlichkeit der historischen Situation lädt dazu ein, Vergleiche zwischen der apostolischen und der heutigen Missionsepoche anzustellen und die eine durch die andere zu beleuchten. Quae autem de apostolorum aetate valent, multo magis valent de Minucii aetate: de diis dubitari, omnes religiones misceri, antiquos cultus redintegrari, attamen polytheismum collabi; animos metu et desperatione vitae aeternae commoveri, a diis alienari.

Quodsi tempora conferre licet, licet quoque homines, qui iis temporibus vixerunt, eorumque opera conferre. Warneck in opere, cui titulus *Paulus im Lichte der heutigen Heidenmission* Paulum comparat cum iis, qui nostra aetate fidei Christianae propagandae operam dant. In fine operis concludit dicens[3]): Als Verkörperung der Heidenmission wird Paulus

1) *ἱκανοὶ δὲ τῶν τὰ περίεργα πραξάντων, συνενέγκαντες τὰς βίβλους κατέκαιον ἐνώπιον πάντων· καὶ συνεψήφισαν τὰς τίμας αὐτῶν καὶ εὗρον ἀργυρίου μυριάδας πέντε.*

Cfr. Warneck, Paulus, p. 130, 131.

2) Paulus, p. 4.

3) P. 416, 417.

für alle Zeiten ihr *Typus.* Was wir heute bei der Zwiesprache mit den nichtchristlichen Religionen, bei der Heidenbekehrung .... erleben, ist bei ihm bereits vorgebildet und *klassisch behandelt*.... bei der Ausrichtung der Botschaft an die Heiden .... fragen sie (die Missionsarbeitern) nie vergeblich in den paulinischen Schriften um Rat.

Quae cum ita sint, veri simile est Minucii aetate Christianos idem sensisse, quod Warneck longa inquisitione habita invenit, ut mirum non sit Minucium, cum Caecilii conversionem narrare in animo haberet, Pauli orationem in Areopago habitam aut aliam orationem, quae ex ea penderet, sibi exemplum sumpsisse. Porro licebit Minucii opus tam in iis, quae cum oratione Areopagitica communia habet, quam in aliis, quae partim apud alios apologetas partim apud Minucium solum inveniuntur, comparare cum fidei Christianae propagandae arte a Warneckio descripta.

Oratio Areopagitica a Warneckio valde laudatur[1]: Die heutige Heidenmission, die oft in ähnlichen Situationen ihren Wert abzumessen Gelegenheit hat, ... hat an ihr ein unübertreffliches Muster der Predigt vor Heiden, denen die Botschaft neu ist .... Wer diesen Gedankengang erfunden hätte, müszte jedenfalls n.l. wenn es nicht Paulus ist) selbst ein erprobter Heidenmissionar gewesen sein .... Wer als Missionar die einzelnen Momente dieser Rede vor Heiden durchprobiert, wird finden, dasz sie alle ziehen[2].

1) Paulus, p. 73, 74.

2) Cfr. Paulus, p. 92, a. 3, ubi laudatur Evangelische Missionsmagazin, Basel, 1911, p. 149.

E multis rebus, de quibus agendum est, pauca eligam, quae maximi momenti sunt. Offendit viros doctos tam Paulum quam Minucium paganos modo accusare quod deum nescientes in imperitiae caecitate vitam degant, modo laudare, quod proxime a deo vero abesse videantur. Cfr. vero Warneckii praeceptum [1]: Die herbe Einschätzung des Heidentums (als gottfeindlich) schlieszt nicht aus, fordert vielmehr, dasz der Missionar .... mit Liebe und Lust alles, was sich darin von Sehnsucht nach Gott .... findet, sammelt und rückhaltlos anerkennt .... als Edelmetal göttlichen Ursprungs .... Wer möchte als Missionar unter den Heiden ein Leben des Kampfes .... führen, wenn er nicht der freudigen Zuversicht wäre, dasz auch die Animisten, weil ἐκ θεοῦ, εἰς θεὸν sind!

Kühn et alii Minucium (atque per eum oratorem Areopagiticum) reprehendunt, quod de peccato paulum dixerit, Christi opus leviter significaverit. Warneck vero prorsus aliter iudicat [2]: Die Erfahrungen der Missionare zeigen wie der Prediger vor Heiden sorgfältig vorbereitend zu Werke gehen musz .... Sündenvergebung wird zumeist anfänglich nicht begehrt und nicht begriffen .... Als weiser Missionar konnte Paulus kaum anders reden, als er getan hat: zeugen von dem lebendigen, wahren Gott und dann die Sendung seines Sohnes, des Heilandes andeuten.

Ea quoque, quae Minucius ex aliis apologetis recepit, ad propositum apta esse apparet, si conferuntur cum iis, quae Warneck eiusque socii experiendo didicerunt. Longum

1) Lebenskräfte[5], p. VII.
2) Paulus, p. 77.

est omnia deinceps tractare: cur consentaneum esset Minucium quippe qui antea paganus fuisset, Christianos vexavisset, deos in ludibrium vertere[1]), cur Minucius et alii apologetae praecipue Vetus Testamentum laudent aut usurpent[2]), cur ea, quae Minucius de imperio propter pietatem insignem non accepto, de criminibus et moribus Christianorum dixit, ad propositum apta sint. Duas res obiter tractabo: daemonum doctrinam et testimonium animae. De daemonibus et exorcismo Harnack copiose egit[3]), Warneck item[4]), qui, postquam egit de quaestione, utrum daemones exstent an fingantur, dixit[5]): Es gibt zu denken, dasz das Urteil der heutigen Heidenchristen mit demjenigen der *alten Kirche* übereinstimmt. Beide hatten die Macht der heidnischen Religion am eigenen Leibe erfahren[6]).

Quae denique Minucius Tertullianum secutus de testimonio animae dixit, mirum in modum congruunt cum iis, quae apud Warneckium scripta legimus[7]). Non possum non ex iis nonnulla laudare. Cfr. Lebenskräfte, p. 19: An ihn (den höchsten Gott) wendet man sich impulsiv in besonderen Bedrängnissen. Im täglichen Leben hört man oft Phrasen wie die: „Von Gott hängt alles ab" .... „wie Gott gibt," „Gott ist ein gerechter Richter," „nur eine Handbreit über uns ist Gott" ; Paulus, p. 89, a. 2: Der eingehende Beweis

1) Lebenskräfte[5], p. 220 (cf. p. 216—220).
2) Lebenskräfte[5], p. 249 (a. 2). Cfr. Harnack, Mission, I[2], p. 239 (a. 1), sqq.
3) Mission, I[2], p. 108—126.
4) Lebenskräfte[5], p. 66—70, 119—124.
5) O. l. p. 121.
6) Cfr. praeterea Lebenskräfte[5], p. 254, sqq.
7) Cfr. Lebenskräfte[5], p. 19, 95, 96; Paulus, p. 89, a. 2.

würde eine stattliche Monographie ausmachen. Cfr. denique quod ad usum testimonii animae attinet G. Stosch, Das Heidentum als religiöses Problem in missionswissenschaftlichen Umrissen, p. 133 apud Warneckium, (Lebenskräfte, p. 95, 96): *Die Einheit Gottes gehört zu dem Inhalt des natürlichen Gewissens.* Ein Bewusztseinsrest derselben hat sich trotz aller pantheistischen und polytheistischen Trübungen, trotz aller Wirrnisse des Wahnglaubens und der Dämonenfurcht unter den Völkern erhalten. *Dieser Rest ist lebensfähig.*

Ex iis, quae Minucius solus, quod sciamus, habet, ea tractanda eligo, de quibus supra iam sermo fuit. Vidimus Kühnium offendisse, quod Octavius adversus Caecilii dubitandi rationem non demonstrat, sed simpliciter contendit deum esse et mundum providentia regi. Animistarum, qui vocantur, dubitandi ratio fere eadem est atque Caecilii [1]), idem remedium adhibendum est ad dubitationem vincendam: fiducia eius, qui praedicat [2]). Warneck dixit [3]): Eine ähnliche Erfahrung, wenn auch auf anderer psychologischer Grundlage, machte man in der Zeit der ersten Missionstätigkeit der Kirche: Völlig unsicher gemacht durch die Fülle einander widersprechender Religionen, und zur Er-

1) Cfr. Lebenskräfte[5], p. 79: Das einzige Argument, das er (der Heide) dem von auszen an ihm herangebrachten Zweifel entgegenzustellen hat, ist die Berufung auf die Altvordern; et Oct. VI, 1; VII, 1.

2) Lebenskräfte[5], p. 206: Darum musz der Bote des Evangeliums, wenn er Eindruck machen will, selbst *überzeugungsgewisz* sein; p. 208: Formell wird sich also die missionarische Verkündigung als Behauptung, als These gestalten müssen.

3) Lebenskräfte[5], p. 205.

kenntnis des Nichtwissens gekommen, fühlte man sich von der mit kategorischer Bestimmtheit Glauben fordernden christlichen Botschaft angezogen. Cfr. Harnack, Mission, u. s. w. I², p. 191.

Praeterea conferantur Oct. XVI, 1, 2: Nec dissimulabo .... Natalis mei errantem, vagam, lubricam nutasse sententiam .... Nam interim deos credere, interim se deliberare variavit, et Warneck, Lebenskräfte⁵, p. 84: Die Unsicherkeit des animistischen Heidentums zeigt sich in den zahlreichen *Inkonsequenzen* des Denkens und Handelns: Man glaubt an Gott und kümmert sich nicht um ihn; .... Die christlich gewordenen Batak empfinden diese Widersprüche sofort und verwenden sie gern in ihrer Polemik.

Denique Minucius de fatalismo, qui dici potest, idem sensit atque Warneck. Pagani nostrorum temporum aeque ac Minucii aetatis de fato solacium captant aut excusant eventum [1]; postquam deum vivum cognoverunt, paulatim discunt sibi factorum suorum rationem reddendam esse [2].

Iam, nisi fallor, omni dubitationi exemptum est, quin liceat Minucii opus per historiam fidei Christianae nostra aetate propagandae explicare. Simul confirmavi, quae supra de Minucii proposito dixi. Vidimus enim fere omnia Octavii argumenta in Warneckii libris inveniri, ut luce clarius sit imaginem, quam Minucius pinxit, e vivo petitam esse, et eius librum pertinere ad paganos conciliandos.

---

1) Oct. XXXVI, 1, 2. Lebenskräfte⁵, p. 36; 88; 107—109; 124; 125, a. 1: Der Fatalismus scheint ein Wesensbestandteil des Heidentums überhaupt zu sein (vergl. die Moira der Griechen.)

2) Lebenskräfte⁵, p. 309: Es erwacht das Gefühl, dasz er Gott *verantwortlich* ist für sein Denken und Tun.

Transeamus igitur ad quaestionem p. 164 propositam. E verbis Warneckii, p. 170 laudatis [1]) sequitur fieri vix potuisse, ut Minucius ad ea, quae orationem Areopagiticam secutus dixit, nonnulla adiceret, quibus additis conversio Caecilii explanaretur. Warneck hoc in singulis quoque ex usu fidei Christianae paganis praedicandae demonstrat. Vulgo Minucium reprehendunt, quod de peccatis et de peccatorum remissione fere nihil dicat. Ii vero, qui fidei propagandae nostra aetate operam dant, longe aliter iudicant: initio praedicationis de peccatis eorumque remissione minime dicendum esse. Cfr. verba, quae Warneck laudat [2]): die überwiegende Meinung der Missionare ... ist, dasz ein anfängliches Bewustztsein von der Sünde bei Bekehrungen nicht das Gewohnliche ist. Einige Beispiele von Ausnahmen werden angegeben, aber in der Regel entsteht wahre Überzeugung von der Sünde erst bei einer späteren Stufe der christlichen Erfahrung. Ex hoc sequitur, ut de Christo pro peccatoribus mortuo ad tempus pauca dicenda sint [3]). Conscientia peccatorum vulgo exsistit eo, quod Dei in Christo caritas hominum mentes permovet [4]). Hinc autem incipi non posse expertus est homo quidam, qui profectus ut dei caritatem praedicaret spe deceptus est et propositum omne missum fecit [5]).

1) Als weiser Missionar .... andeuten.

2) E commentario, cui titulus: World Missionary Conference, Report of Commission IV, Edinburgh, 1910, p. 109: Japan; Warneck, Lebenskräfte[5], p. 290, a. 3.

3) Warneck, Lebenskräfte[5], p. 344: Bei der anfänglichen Berührung des Heiden mit dem Evangelium scheint seine (Jesus') Person wenig zu wirken; er arbeitet noch hinter dem Vorhang.

4) Lebenskräfte[5], p. 278—292.

5) Lebenskräfte,[5] p. 278: das heidnische Ohr faszt die wundersame Melodie nicht .... Dazu ist meist längere Vorarbeit nötig; p. 278, a. 1:

In universum expedit religionem propagandam ad eas doctrinas redigi, quae maxime accommodatae sunt ad mentes eorum, qui audiant, et quae simul summam totius religionis contineant[1]). Iam ostendimus ea argumenta, quae Octavius tractat, ad Caecilii animum prae ceteris accommodata esse, partim quia profectus est ab iis, quae Caecilius novit et sentit[2]), partim quia eos potissimum errores illi eripere contendit, quibus ductus est[3]). Hoc utrumque si consideramus, intellegimus, cur Minucius dicat ille quidem Octavium oratione ostendisse veritatem non tantummodo facilem, sed et favorabilem esse[4]), attamen non ei favori comparato, sed divino auxilio attribuat, quod Caecilius

---

Dasz die Botschaft von Gottes Liebe nicht sogleich die Herzen gewinnt, hat ein gewisser Missionar H. mit bitterer Enttäuschung erfahren. Ehe er nach Java ging, sagte er voll Enthusiasmus, er werde überall den Leuten das Gleichnis vom verlorenen Sohn erzählen, und dann müszte jeder, der von solcher Liebe Gottes hörte, sich aufmachen und zum Vater gehen. Demgemäsz predigte H. mit groszer Wärme die Liebe Gottes, wurde aber bitter enttäuscht, denn die Javanen machten sich aus dieser Botschaft gar nichts. Seine Enttäuschung erbitterte ihn, er wurde irre an der Mission und schlieszlich an der Wahrheit der göttlichen Verheiszungen (Kruyt, De Inlander en de Zending, Amsterdam, 1907, p. 83).

1) Warneck, Lebenskräfte[5], p. 3: Musz er (der Missionsarbeiter) doch schon aus pädagogischer Klugheit sich zunächst auf das Zentrale in der Heilsdarbietung beschränken.... Eine lange Unterweisung und Schulung der gewonnenen *Christen,* die sich durch Generationen hinzieht, ist später nötig um sie in den vollen Reichtum des Evangeliums einzuführen.

Cfr. Harnack, Mission, I[2], p. 14: die wichtigste Vorbereitung ist die Reduktion,....

2) Philosophia, sententia recti, syncretismus.

3) Dubitandi ratio, fama de Christianis divulgata, alia.

4) Oct. XXXIX.

erroribus missis crediderit[1]). Facit cum Paulo apostolo dicente se plantavisse, Apollo rigavisse, sed Deum crescendi vim dedisse[2]). V. d. P. Monceaux ait[3]): son ami (l'ami de Minucius) ne semble pas de ceux, que puisse toucher la grâce .... Caecilius n' avait ni le frémissement ni l'impatience des futurs croyants. Sed eos, qui maxime ad fidem ante parati videntur, vulgo non primos fidem amplecti nostrae quoque aetatis usus docet[4]).

Haec omnia autem vix attingunt quaestionem, cur Caecilius simul quod ad summam quaestionis se victum esse fateatur et se in numero Christianorum collocet, id quod Minucius confirmat dicens Caecilium credidisse. Apud alios apologetas vix tale quid reperimus. In fine dialogi a Iustino cum Tryphone Iudaeo habito Trypho declarat[5]): ὅτι ἐξαιρέτως ἥσθην τῇ συνουσίᾳ, Iustinus Tryphonem et suos adhortatur, ut Christum suis magistris anteponant; orat, ut iis contingat prorsus consentire Iesum esse Christum Dei. Aristonem solum traditum est suam dialogum, quem longe ante Minucium scripsit, eo finivisse, quod Papiscus Iudaeus Iesum Dei filium esse confitetur et baptizatur[6]). Sed Iudaeum Iesum Dei filium esse confessum baptizari mirum non est.

---

1) Oct. XL, 3.

2) Epist. I ad Cor. III, 6.

3) Hist. litt. de l' Afrique chrét. I, p. 499.

4) Warneck, Paulus, p. 132, imprimis haec verba: Während hunderttausende .... bisher allem Überweltlichen abgekehrten Heiden in Jesus den Erlöser gefunden haben, lehnen Indiens Gottsucher im ganzen und groszen noch das Heil in Christo ab.

5) Dialogus, 142.

6) Cf. Bardenhewer, Gesch. der altkirchl. Litt. I², p. 204.

Quid autem orationem Areopagiticam sequitur? Eam cum audivissent, alii resurrectionem in ludibrium vertebant, quidam se Paulo adiunxerunt et crediderunt [1]). Illud κολληθέντες, si fidem acceptam antecessit, efficit, ut cum Octavii fine comparari non liceat. Pauli enim oratio abrupta est; Paulum iis, qui ei se adiunxerant, plura dixisse, antequam crediderunt, e Lucae verbis facile subauditur.

Quae cum ita se habeant Warneckii opera consulenda sunt, ut cognoscamus, utrum Octavii oratio eam Christianae fidei summam contineat, quam confessus paganus iam Christianus iure habendus sit.

Summa Octavii praedicationis fuit Deum esse unum et mundum providentia regi [2]). Praeterea locutus est de Christianorum sinceritate [3]), de Christo Deo et spe omni Christianorum, de fine mundi, de iudicio, de resurrectione mortuorum.

De sinceritate Christianorum Caecilius facile *consentit:* nimirum, quod crimina iam dubitans attulerat [4]); de provi-

1) Act. XVII, 34: κολληθέντες αὐτῷ ἐπίστευσαν· Cfr. quae Warneck dicit contra eos, qui putent Pauli praedicationi minus prospere evenisse. (Paulus, p. 74, 75).... so würde heute jeder Heidenmissionar mit einer solchen Wirkung einmaliger Verkündigung sehr zufrieden sein.

2) Oct. XXII, 2.

3) *Sinceritas* non idem est atque *veritas,* id quod multi iniuria putaverunt. Cfr. Waltzing, ed. 1909, Comm., p. 182.

Oct. c. XXXII, 3 iuxta se ponuntur *bonus animus,* pura *mens,* sincera *sententia* (id est fere idem atque mens, conscientia): haec omnia ad mores spectant, non ad fidem intellectu accipiendam. Porro Minucius ipse coniungit adiectivum, q. e. *sincerus,* cum substantivo, q. e. *veritas:* XXVII, 2: (de daemonibus) nescientes *sinceram veritatem.* Id non fecisset si existimavisset fieri posse, ut *sinceritas* diceretur pro *veritate.*

4) Cfr. e. g. IX, 3; X, 1.

dentia *fatetur*, Octavii oratione quasi tormento coactus. Reliqua, quae Minucius dixerat, ne commemorat quidem. Apparet Minucium summam Octavii orationis habuisse Deum esse unum et vivum (id est potentem, providentia omnia regentem, suos amantem et sustinentem, daemones domantem); Caecilium eo Christianum factum induxisse, quod ab inanibus paganorum deis et vanis idolis ad Deum vivum se convertisset.[1])

Plerumque fit semel in vita, ut homo ad Deum unum et verum se convertat, falsos deos et daemones valere iubeat; caritatem vero Dei paulatim sentit, peccata multo post cognoscit eorumque remissionem tum demum desiderat. Cfr. Warneck, Lebenskräfte[5], p. 268: Sobald man Gott gefunden hat, erfolgt der Bruch mit dem Dämonendienst, und zwar *einmalig,* wenn auch vorbereitet; p. 294, 205: Die Befreiung von satanischen Mächten ist eine *einmalige,* wie auch die Absage an das Reich der Finsternis; das Erfassen der Liebe Gottes aber und die dadurch gewirkte Erkenntnis der eigenen Unwürdigkeit zieht sich in wachsender Vertiefung *durchs ganze Leben* hin[2]). Pagani optime sentiunt, quid faciant; sciunt se *„vivendi genus"* prorsus mutare, multo magis, quam ii vulgo, qui inter Christianos nati ad Christum

---

1) Haec cum considerarem, mihi in mentem venit praepositionem, q. e. *de* fortasse iniuria ab Ursino insertum esse ante verba q. s. *deo cedo* (XL, 2); *deo cedere* hoc loco significare *deo se subiungere.* Cfr. XXXVII, 1. *deo .... cedit* (Christianus), et XXXVIII, 1: *daemoniis .... cedere.*

2) Cfr. Warneck, Lebenskräfte[5], p. 299: Der sittliche Werdegang ist ein *langsam* fortschreitender, da geht es nicht in Sprüngen, sondern Schritt vor Schritt musz erarbeitet werden.

se convertunt. Crf. Warneck, Lebenskräfte, p. 269: Die Götzenbilder wegwerfen bedeutet radikalen Bruch mit allem, was bisher heilig und gewohnt war. Die Erstlinge eines Missionsgebietes setzen sich damit in schroffsten Widerspruch mit Tradition und Volkssitte; p. 270: In Bawalia (Nias) warf ein Häuptling seine Götzen weg mit den Worten: Ich glaube, dasz die Götzen uns nicht retten können, es ist aus mit ihnen. Darum entferne ich sie aus meinem Hause und übergebe mich dem lebendigen und gnädigen Gott [1]), sowohl in guten als bösen Tagen; p. 271: Man darf solche Umkehr nicht gering werten, weil im übrigen dem Umgekehrten noch grosze Mängel anhaften ... Das ist vielleicht ein tiefer ins Leben einschneidendes Ereignis, eine energischere Ab- und Zukehr, als was wir innerhalb der Christenheit gewöhnlich von Bekehrung erleben [2]).

Quamquam sunt, qui non ultra procedant [3]), conversio ad deum vivum caput et principium est totius vitae Christianae. Warneck, Lebenskräfte, p. 272: Damit (mit dieser Bekehrung principieller Art.) ist der lebenskräftige Keim eines neuen Lebens in sie gepflanzt, bei dessen gesunder Entwickelung sie mit der Zeit auch in die tieferen Heilserfahrungen der volkommenen Christen eingeführt werden können [4]). Qui se ita convertat, dignum esse, qui baptize-

---

1) = Deo cedo. Cfr. p. 178, adn. 1.

2) Cfr. p. 275: es ist ein *gewaltsamer* Bruch, dem nichts in unserm ruhigen Christenleben gleichkommt.

3) Warneck, Lebenskräfte,[5] p. 274.

4) Cfr. p. 275: .... die Grundlage seines Christenstandes, auf der allein sich das weitere aufbauen kann.

tur, Warneck et alii, qui nostra aetate fidem Christianam inter paganos propagant, existimant. Cfr. o. l., p. 276: ... eine gewaltige, hochbedeutsame Tat, welche den mutigen Täter berechtigt, durch die Taufe der christlichen Gemeinde einverleibt zu werden [1]).

Evangelium Dei [2]) iam efficacissimum est ad homines e daemonum potentia, a metu liberandos [3]); ut a peccatis liberentur, eos Christum animo amplecti oportet [4]). Hac via pergere solent pagani Christiani facti; valde raro fit, ut caritatem Dei priorem sentiant, quam eius potestatem; interdum utramque simul experiuntur. Cfr. Warneck, o. l., p. 283: In den Grundlagen ist der geistliche Werdegang aller tiefer gegründeten Heidenchristen, die ich in dem Bataklande und in Nias kennen gelernt habe, der gleiche .... Bei Heidenchristen aber, die schon im Christentum grosz geworden sind, verläuft die Entwickelung des geistlichen Lebens ähnlich der unsern. Harnack tale quid iam derivavit, quod ad tria post Christum natum saecula attinet, e locis, quales Epist. I ad Cor. XII, 2; Epist. I ad Thessal. I, 9, sqq; Hermae Mand. I; Praedic. Petri apud Clementis Strom. V, 6, 48; VI, 5, 39, VI, 6, 48; Aristidis Ap. II, XV [5]), sed clare et distincte nullo horum locorum dictum est, qua via pagani Christiani fiant.

Qui in pristinam falsorum deorum et daemonum servitutem recciderunt, tam Christianorum trium post Christum

---

1) Cfr. praeterea p. 271 et 271. a. 3.
2) Cfr. p. 110, adn. 7.
3) Lebenskräfte [5], p. 277.
4) Lebenskräfte [5]. p. 301, 273.
5) Mission, I [2], p. 77; 79, a. 2.

natum saeculorum, quam paganorum nostra aetate conversorum opinione Christiani non amplius habendi sunt. Ante persecutionem Decianam hoc unum peccatum habebatur quod remitti non posset[1]). Hodie paganus, qui Christianus factus rursus deos falsos aut daemones coluit, aut daemonibus se tradidit, hanc ob rem vere paganus habetur, quem oportet, ut recipiatur, denuo institui[2]). Cum talis hominis desperatione[3]) comparanda est laetitia eius, qui scit se a daemonibus liberatum et Dei veri proprium factum esse[4]).

Quodsi non iudicamus ex iis, quae in regionibus iamdudum Christianis de ratione convertendi traduntur, sed ex usu paganorum recens Christianorum factorum, iam intellegimus, cur Minucius e Caecilii verbis, quae c. XL scripta leguntur, concluderet eum credidisse, Christianum factum esse, ad veram religionem reformatum.

Quid autem Caecilium impulit, ut ad Deum vivum se totus converteret? Vulgo dubitant de verbis Minucii, quibus dicit Caecilium ad veram religionem reformatum esse *disputatione*

---

1) Cfr. Harnack, Mission, I², p. 244, 245; p. 244, a. 3 (Tert. de idol. 1); p. 245, a. 1; p. 261, a. 1.

2) Warneck, Lebenskräfte⁵, p. 274, 275: Dasz auch die Heidenchristen das Abwenden vom Götzendienst als den wichtigsten, folgenschwersten Schritt des Heiden betrachten, geht daraus hervor, dasz sie einen Christen, der heidnischen Kultus wieder mitmacht, als *abgefallen* betrachten, u. s. w. Cfr. p. 275, a. 1; p. 228, 329.

3) Lebenskräfte⁵, p. 275: Abgefallene geben manchmal unter Tränen zu, dasz sie nun dem Teufel verfallen und ewigem Verderben preisgegeben sind.

Cfr. Epist. I ad Cor. X, 21; Epist. II ad Cor. VI, 14, sq.

4) Lebenskräfte⁵, p. 265—268.

Octavii gravissima[1]). Si enim Caecilius illa disputatione habita id tantum se scire confessus est, quod deus unus sit, cuius providentia mundus regatur, et Christiani falso accusati sint, sequitur, ut uno monotheismo, qui dicitur, conciliatus sit. Nam Christianos integros esse causa non videtur esse, cur quis se iis applicet.

Fortasse factum est, ut aliae quoque causae eum impellerent. „Sectae sinceritas" multos cum Christianis conciliavit. Amicorum auctoritatem quoque adiuvisse veri simile est[2]). Quamquam de conversionibus, quae tribus post Christum saeculis factae sunt, parum scimus, tamen exemplum exstat, quo apparet diversas causas paganos adduxisse ad fidem amplectendam. Initio Dialogi ad Tryphonem Iustinus narrat se apud philosophos diversarum sectarum veritatem quaesivisse neque invenisse, dum senex quidam eum ad prophetarum scripta revocat; Apol II, 12 dicit se Christianum factum esse, cum constantiam Christianorum admiraretur. V. d. O. Bardenhewer mihi videtur recte diiudicavisse dicens[3]): wenn.... ohne Zweifel geschichtliche Verhandlungen zwischen dem Verfasser und jüdischen Gelehrten dem Dialoge zu Grunde liegen, so werden um so weniger die Hauptangaben des einleitenden Berichtes eines historischen Charakters entbehren... Auf Grund anderweiliger Andeutungen (Ap. I, 16; II, 14) läszt sich der vorstehende Bericht noch etwas

1) Oct. I, 5.

2) Minucius rogatus, ut libram aequissimi iudicis teneret (V, I), se cohibere non potuit, quin Octavio viam muniret, Caecilius eum accusavit, quod decederet ab officio iudicis religiosi (XV, 1).

Cfr. XXVIII, 1: nobis ipsis (= tuis amicis) confitentibus credite.

3) O. l. p. 207, 208.

ergänzen[1]). Difficile est ad diiudicandum, quae primaria causa fuerit. Veri simile est constantiam Christianorum causam fuisse, cur non amplius eos abhorreret, tum eum sublimi eorum doctrina permotum esse, ut Christianus fieret.

Harnack ait[2]): In unzähligen Fällen war das, was die Entscheidung bewirkte, nur ein Strahl des Lichtes; ego Iustini exemplo collato potius dixerim: in singulis vulgo unum momentum fuisse gravissimum, alia accessisse, aut etiam praecessisse[3]).

Neque aliter res se habere videtur, quod ad Caecilium attinet. E Minucii verbis intellegimus amicorum auctoritatem adiuvisse, e Caecilii verbis scimus sinceritatem sectae cognitam obstacula removisse, et etiam adiuvisse, ut ei se applicaret. Nam sincerum esse non prorsus idem est atque criminibus carere; plus est. Attamen ipse dicit se imprimis eo, quod sentiret Deum esse unum et vivum, permotum esse, ut ei Deo se traderet[4]).

---

1) Cfr. P. J. M. Pfättisch, Justins des Philosophen und Martyrers Apologien, I, p. VIII, IX (Münster i. W., 1912).

2) Mission I[2], p. 75. Cfr. p. 322—324.

3) Idem fere legitur Warneck, Lebenskräfte[5], p. 203: Bald diese, bald jene Kraft tritt bestimmend in der Vordergrund, kann dann aber nicht isoliert bleiben, sondern wird die andern nach sich zu ziehen bemüht sein.

Ceterum de his rebus nimis subtiliter non quaerendum est. Ei, qui in conversiones earumque causas inquirunt, licet Dei potestatem neglegant, aiunt homines, qui convertuntur, suae conversionis partim conscios non esse. Cfr. J. G. Geelkerken, De empirische Godsdienstpsychologie, diss. Amsterdam, 1909.

4) Tabula, quam Geelkerken (o. l. p. 406) recepit e Starbuck, The psychology of religion, An empirical Study of the growth of religious consciousness, Londen, 1902[2], p. 52, ostendit nostris quoque tempo-

Hoc ipsum est, quod dubitationes movet ideoque exemplis confirmandum est. Harnack inter „luminis radios" nominat monotheismum[1]), sed exempla nulla affert. Warneckio convenit cum Harnackio monotheismum caput totius rei esse, si opus est distinguere (Iudaeorum ratione non iam habita) inter Christianos et paganos[2]). Porro Warneck in universum dicit monotheismum primum tam Seres quam Indos Christianismo conciliare[3]). Uterque autem est populus, cuius polytheismus excultior est.

---

ribus saepe fieri, ut discendo quis convertatur. Starbuck repperit centenorum virorum, qui se convertunt, octo permotas esse disciplina, duodecim exemplis imitandis, sedecim auctoritate, necessitate, vi coactos, ut in universum ternorum virorum unus fere iisdem rebus adductus atque Caecilius se convertat.

1) Mission I², p. 75: der eine wurde durch das alte Testament gewonnen, der andere durch Dämonenbeschwörer, ein dritter durch die Reinheit des christlichen Lebens, wieder ein ander durch den Monotheismus oder — vor allem — durch die Aussicht auf eine totale Entsühnung und auf das ewige Leben oder durch die Tiefe der Spekulationen oder durch den socialen Halt, den er gewann. Am häufigsten mag, solange das Christentum sich noch nicht natürlich fortpflanzte, ein Gläubiger den andern erweckt haben....

2) Cfr. Harnack, Mission I², p. 21: Trotz der inneren Entwickelung des Polytheismus zum Monotheismus bezeichnet der Gegensatz zwischen beiden das Verhältnis von Christentum und Heidentum.... Die christlichen Apologeten und Märtyrer haben ganz recht, wenn sie häufig in ihren Reden alles auf diesen einfachen Gegensatz zurückführen und von anderm schweigen.

J. Richter, Indische Missionsgeschichte, p. 243 apud Warneckium (Paulus, p. 103, a. 1.): Dieser Standpunkt in dem geistigen Monotheismus gibt der Mission gegenüber der Hauptmasse der indischen Bevölkerung eine ähnlich feste Position, wie dem Christentum in den ersten drei Jahrhunderten im griechisch-römischen Weltreich gegenüber dem damals herrschenden Polytheismus.

3) Lebenskräfte,⁵ p. 233: In diesem Falle (sermo est de India)

Exemplum vero manifestissimum continet liber, de quo in prooemio iam sermo erat: *Kanso Utschimura, Wie ich ein Christ wurde.*

Utschimura, cum iam Christianus maturior, ut ita dicam, esset, e diurno commentariolo, quem cotidie fecerat, subtiliter descripsit, quo modo primum Christianus factus sit, deinde sua fides Christiana creverit[1]).

Eius exemplum ideo maximi momenti est, quod ille multis rebus Caecilio similis est. Aeque ac Romani tertii post Christum saeculi multos deos sincere colebat[2]). Erat homo alacris animi, qui consilia statim capta exsequebatur[3]); praeterea eruditus et patriae amantissimus[4]).

Amici auctoritate praediti ei instabant, ut Christianus fieret. Diu iis restitit deos diligenter et ardenter precatus, ut ipsum iuvarent, Christianos coercerent[5]). Denique coactus

---

scheint es der Monotheismus des Christentums zu sein, der zuerst die gröszte Anziehungskraft ausübt.

p. 229, a. 2: Das erste in der missionarischen Botschaft, was einen Chinesen überrascht und anzieht, ist die Lehre von der Einigkeit Gottes, die in strengem Gegensatz steht zu der Menge von Göttern, die er selbst verehrt (World Missionary Conference, IV, 1910, p. 58).

1) Cfr. o. l. p. 9. 10. Utschimura ibi loquitur de conversione, quae non semel fit, sed per totam vitam paulatim procedit.

2) O. l. p. 14, 15.

3) Quod ad hanc rem Caecilius et Utschimura valde differunt ab animistis, qui dicuntur, vulgaribus. Cfr. Warneck, Lebenskräfte[5], p. 151 de eorum vi inertiae.

4) O. l. p. 16.

5) O. l. p. 16: Ich glaubte nicht einmal der Tod könne mich dazu bringen, diesen Göttern die Treue zu brechen .... p. 17: Ich blieb allein als der einzige Heiden .... Ich flehte den Schutzgott .... die zu strafen, die hartnäckig weigerten, dem neuen Gott zu entsagen, und mir .... zu helfen.

ad societatem Christianorum accessit. Oportuit eum, qui accederet, fidei confessionem subscribere. Utschimura vero etiam tunc Christianus invitus et fidei ignarus subscripsit[1]). Deinde didicit, id quod antea iam praesagiverat, Deum esse unum. Tum eum iam non paenituit se ad societatem accessisse[2]). Tum anxiis curis liberatus laetitia efferebatur; per campos vagans cum Deo coniungi quaerebat opera eius admiratus; putabat se totum Christianismum iam amplectum esse[4]). Apparet monotheismum illi effecisse ea, quae viri docti, qui de his rebus quaerunt, conversionem semel factam subsequi docent[3]).

Exemplo Utschimurae conversionis collato quaestionem iam profligatam esse confido. Si enim fides unius Dei tam vehementer Utschimurae animum commovit, postquam invitus confessionem subscripsit, iam non dubitandum

---

1) O. l. p. 17—19.

2) Cfr. Caecilii verba: *sectae iam nostrae.*

3) Cfr. Geelkerken, o. l. p. 107—114.

4) O. l. p. 19, 20: Der praktische Nutzen des neuen Glaubens wurde mir bald klar. Ich hatte ihn schon geahnt, als ich mich noch mit allen Kräften gegen diesen Glauben wehrte. Man lehrte mich jetzt, dasz es nur *einen* Gott gebe und nicht viele, — über acht Millionen, wie ich früher geglaubt hatte. Der christliche Monotheismus legte seine Axt an die Wurzel meines Aberglaubens. All meine Gelübde, all die verschiedenen Arten der Anbetung, mit denen ich die zornigen Götter begütigen wollte fielen weg, wenn ich den *einen* Gott anerkannte. Mein Gewissen und meine Vernunft sagte ja dazu. *Ein* Gott und nicht viele, das war frohe Botschaft für meine Seele. Nun muszte ich nicht mehr jeden Morgen den vier Gruppen von Göttern in den vier Himmelsgegenden und dem Gott jedes Tempels, an dem ich vorüberkam, ein langes Gebet vorsprechen, ich muszte nicht mehr einen Tag diesem und einen Tag jenem Gott

est, quin fieri posset, ut eadem unius Dei fides causa primaria esset, cur Caecilius Deo cederet, Christianorum sectae se applicaret, falsos deos et idola relinqueret[1]).

Cum iam eo peracto, quod mihi proposui, finem faciam, iuvat ad iter confectum respicere.

In priore huius disputationis parte demonstravi Minucium e Tertulliano, Iustino, aliis Graecis apologetis pendere. Qua thesi nixus in altera parte primum quaestiones accuratius definire, tum Kühnii aliorumque opiniones via et ratione refutare conatus sum; deinde indicavi tempore, quo Minucium scripsisse in priore parte statui, collato lapides testari

---

mit Gelübden und der Enthaltung von bestimmten Dingen weihen. Nun ging ich stolz, mit erhobenem Haupt und unbeschwertem Gewissen an den Tempeln vorbei; kein Gott dieser Tempel konnte mich wegen unterlassenem Gebete strafen, denn ich wuszte, der Gott der Götter schützte mich. Meine Freunde bemerkten bald meine veränderte Stimmung. Sonst war ich, sobald ein Tempel in Sicht kam, verstummt, denn ich muszte ja im Herzen mein Gebet sprechen. Jetzt plauderte und lachte ich fröhlich auf dem ganzen Schulweg. Ich bedauerte nicht, dasz ich dem Bund beigetreten war, denn der Glaube an *einen* Gott machte mich zu einem neuen Menschen. Ich fing wieder an, Bohnen und Eier zu essen. Ich bildete mir ein, das ganze Christentum zu verstehen, so begeistert war ich von dem Glauben an *einem* Gott. Die neue geistliche Freiheit, die mir der neue Glauben brachte, hatte einen wohltätigen Einflusz auf meinen Geist und meinen Körper. Ich konnte meine Aufmerksamkeit mehr bei meinen Studien festhalten. Ich fühlte mich frischer und beweglicher und streifte fröhlich durch die Gefilde und Berge, freute mich an den Blumen des Feldes und den Vögeln der Luft und suchte durch die Natur die Gemeinschaft mit dem Gott der Natur.

1) Cum Utschimurae animi motione cfr. XXXIX: ad silentium stupefacti intentos vultus tenebamus; XL, 1: Caecilius erupit.... mihi gratulor; XL, 4: laeti hilaresque discessimus, Caecilius quod crediderit.

Octavium ad fidem historicam scriptum esse. Cum Octavii oratio multa contineat, quae e Tertulliano et aliis recepta sint, non ultra exemplis Caecilii orationis quaesitis adductus sum ad orationem Areopagiticam et historiam fidei Christianae nostra aetate propagandae conferendas ut, de historia religionis Minucii iam notae aetatis taceam. Quibus comparatis Minucii operis genus et natura clarius perspicitur.

Itaque conclusio partis prioris cum quasi fundamentum alterius partis est, tum via indirecta confirmatur eo, quod (in altera parte) illa conclusione accepta Octavius melius intellegitur et quaestiones ab aliis non satis solutae profligantur.

In priore parte vidimus Minucium non esse pictorem ingeniosum; in altera parte vero eum neque imitatorem esse stupidum: comparandus est cum fabro, quem vocant, lithographo, qui tabulas pictas imitatus alium colorem post alium chartae imprimens imaginem efficit, quae quamquam imitationis vestigia retinuit, tamen res vividis coloribus repraesentat.

Quae cum ita se habeant, eius opus longe maioris momenti est ad historiam ecclesiae investigandam, quam vulgo putant. Narravit enim pugnam re vera inter Christianum et paganum commissam, ostendit Christianae fidei victoriam Dei auxilio comparatam, eaque narravit habens aeque atque Octavius: *Dei munus eximium, a quo et inspiratus oravit et obtinuit adiutus.*

Sed de his rebus altius quaerere ab opere instituto alienum est: satis sit indicavisse.

THESES.

I

Historia fidei Christianae nostris temporibus inter paganos propagandae comparata cum „apologiis" a Christianis tribus post Christum natum saeculis scriptis multum confert ad eas penitus intellegendas et aestimandas.

II

Iustinus Martyr (Apol. I, 4) et Athenagoras (Suppl. I, II) optimo iure postulant, ne Christiani propter nomen solum puniantur.

III

Geffcken, Zwei griechische Apologeten, p. XXXII, XXXIII, iniuria orationem, quae Actorum XVII, 22–31 scripta legitur, in apologiarum numero ducit.

IV

Waltzing Minucii verba, q. s. considera.... obvia, sed requirentibus (ed. Halm. XXII, XXIII, 1—8), in editione, quam a. 1912 apud Teubnerum in lucem emisit,

iure transposuit post verba, q. s. Saturnum enim.... furentium multitudo (ed. Halm. XXI, 4—12, XXIII, 9—13, XXIV).

V

Minucius in conscribendis Oct. XXV, 1—5 Ciceronis de re publica libro tertio usus est.

VI

Ea, quae Minucius in Octavio de Platone eiusque dogmatis dicit, ex ipsis Platonis libris petere solet.

VII

Oct. XL init.: Itaque quod pertineat ad summam quaestionis, et de providentia fateor et deo cedo et de sectae iam nostrae sinceritate consentio.

Ursinus: et <de> deo cedo. Nihil codicis lectioni addendum est.

VIII

Verba, q. s. haec illave defensurus, quae Tac. Hist. II, 98 scripta leguntur, non significant: Vitellii vel Vespasiani causam adiuturus, sed: occultos nuntios apud Vespasianum ad defensionem allaturus, epistulas et edicta manifesta apud Vitellium.

IX

Horat. Epist. II, 2, 52—54:

sed quod non desit habentem
quae poterunt unquam satis expurgare cicutae,
ni melius dormire putem, quam scribere versus?

Kiessling-Heinze (Q. Horatius Flaccus Briefe, erklärt von A. Kiessling, 3e Auflage besorgt von R. Heinze, 1908, p. 252, 253) iniuria aiunt cicutas pertinere ad Atticum illud supplicium.

X

Aeschylus in describenda Aetnae eruptione (Prometh. 368—373) Pindarum (Pyth. I, 21—27) secutus non est.

XI

Herod. IX, 70, 6: *προσελθόντων δὲ Λακεδαιμονίων κατεστήκεέ σφι τειχομαχίη ἐρρωμενεστέρη.*

Stein recte pro *Λακεδαιμονίων* coniecit *Ἀθηναίων.*

XII

Norden (Agnostos Theos.) et Birt (Rhein. Mus., N. F., 1914, Bd. 65, H. 2, p. 352) iniuria negant Pauli temporibus Athenis aram fuisse, quae inscripta esset: *ἀγνώστῳ θεῷ.*

XIII

Ten onrechte wordt door Engelhardt en anderen aan Justinus Martyr een heidensch-philosophische vrijheidsleer toegeschreven.

XIV

De term „ingeboren" verdient de voorkeur boven dien van „aangeboren" begrippen.

XV

Terecht bestrijdt Windelband (Gesch. d. neueren Philos. I^5, p. 255) de meening dat Locke Baco's empirisme tot sensualisme heeft omgevormd.

XVI

Bernheim (Lehrbuch der historischen Methode und der Geschichtsphilosophie, 5e u. 6e Aufl., 1908, p. 749—776) bespreekt ten onrechte alleen de nadeelen van een nauwere geestelijke verwantschap tusschen den geschiedschrijver en zijn onderwerp.

XVII

De overeenkomst tusschen vele plaatsen uit Miltons Samson Agonistes en Vondels Samson is het best te verklaren door de onderstelling, dat Milton zijn Samson Agonistes geschreven heeft naar aanleiding en onder invloed van Vondels Samson.

XVIII

Minucius Felix behoort opgenomen te worden onder de schrijvers, die de leerlingen op het gymnasium lezen.

IN LIBRIS SAPIENTIA

LK, 13.8.64.

[redacted]